
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
APPELLATIONIBUS
ET RELIQUIS SUSPENSIVIS REMEDIIS
tàm jure Communi, quàm juxta Recessum Imperii novissimum de Anno 1654. ordinationem Cameræ, & aliorum Principatuum constitutiones, recte & rite interponendis.



QUAM
DEO T. O. MAX. ASSISTENTE
EX DECRETO ET AUTHORITATE
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS, IN ILLUSTRI JULIA
SUB PRÆSIDIO
Nobilissimi, Consultissimi atq; Excellentissimi Viri

DN. HENRICI Hahnen ICTI,
ET COD. PROFESSORIS ORDINARII, FACULTATIS SUÆ SENIORIS, ET P.T. DECANI, NEC NON DICASTERII WOLFERBYTANI ASSESORIS &c.
DN. FAUTORIS, AC PROMOTORIS SUI ÆTATEM DEVENERANDI

PRO SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS SOLENNI RITU CONSEQUENDIS
AD DIEM XXIV. SEPTEMB.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTENS
DEFENDET

Dieterich von Engelemstedt Brunsvic.
& Advocat. Hildesh.

IN NOVI IULEI AUDITORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

HELMESTADII
Ex Officina Henningi Mülleri Acad. Typogr.

ANNO CIↃ IↃC LXIII.

MAGNIFICIS NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ET CONSULTISSIMIS NEC NON SPECTATISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS

VIRIS

DNN. CONSULIBUS
SYNDICIS
CAMERARIIS
SENATORIBUS
ET
DECEMVIRIS
NEC NON
CÆTERIS TOTIUS ORDINIS SENATORII
MEMBRIS
REIPUBL. BRUNSVICENSIS

Dn. Patronis, Evergetis ac Fautoribus meis summis submisse honoris & obsequii cultu æternùm prosequendis

Disputationem hanc Inauguralem in gratitudinis & observantiæ debitæ documentum

Dico
consecro
offero

Dieterich von Engelemstedt
Brunsvicensis.

Bono cum Deo!

PROOEMIVM.

APpellationis usum jàm tùm olim apud Romanos fuisse antiquissimum, hodie verò frequentissimũ summeq; necessarium esse, nemo unquam facilè negabit, cùm illud cùm ex historia Horatii apud Liviũ *Lib.1.* tùm quoq; ex sacris exemplo Pauli à Festo ad Cæsarem provocantis *Act.* 25. *vers.10. & seqq.* hoc verò partim ex *l.1. princ. ff. de Appellat.* Vlpiani, partim experientiâ forensi & ratione plenè probari possit: Etenim ratio communis & natura dictitat, oppressos aut iniquitate aut inscitia judicis esse auxilio dignioris magistratus sublevandos. VVesenbec. *Parat. de Appellat. n.6.* Hæc autem Appellationis materia ualdè ampla & prolixa est, ut de eâ quidem tractatus absolutissimos conscripserint Dd. Sed cùm apud omnes non omnia necessaria simul, sed quædam prætermissa, quædam obscura, quædam usu antiquata, quædam, quia nova sunt, planè non inveniantur, jdeo cum & mihi more Academico pro summis in utroque Iure honoribus consequendis aliquid conscribendum esset, hanc præ aliis selegi, & pro ingenii viribus saltim disputationis loco,

non omnia, sed pleraque necessaria hinc inde colligens, & perspicua reddens, ut & novissima ex novissimo Recessu Imperii de Anno 1654. paucis mantissæ quasi loco adjiciens, in duo membra & certa capita ratione ordinis dispertivi, quorum membrum prius continet novem capita, & in iis Iura communia & Cameralia, nec non interdum provincialia circa appellationem & ejus affinia. Posterius verò jus novissimum ex dicto novissimo Recess. Imperii, & quomodo Appellatio hodie præsertim in augustissimo Cameræ Imperialis Spirensis Synedrio ritè instituenda sit, ordine & breviter, perspicuè tamen septem capitibus pertractat. Et sequitur nunc

MEMBRI PRIMI

CAPVT I.

De Etymologia, Homonymia, Synonymia, Definitione & Divisione.



Væ sunt generalia partim ad nomen, partim ad rem spectantia. Ad nomen spectant tria priora, Etymologia, Homonymia & Synonymia; Ad rem vero definitio & Divisio. De singulis jam ordine videbimus.

Etymologia. II. Appellatio dicitur ab appellando. Appellare componitur à præpositione Ad, & verbo pello, are, quod significat blandius solicitare, Einem die beste Wort worumb geben/ Corvinus ex Laurenberg. *in Fonte Latinit.* præpositio vero Ad in compositione, quando jungitur dictionibus incipientibus à C. F. G. L. N. P R. S. T. regulariter mutatur D in literas similes euphoniæ gratia, *ut accurro, affero, aggrego &c.* licet nonnulli hanc

hanc mutationem increpent & contrarium observent, inter quos singulares novissime visus est clarissimus alias ICtus Henningus Rennemannus.

III. Appellare autem varias habet significationes. (1) significat vocare seu nominare. e. g. Publ. Scipionem, qui primus Africanus appellatus est. Cic. *lib. 3 off. vid. l. 1. §. 1. ff. de Iust. & Iur. pr. Inst. de Testam. ordin.* (2) comiter seu familiariter alloqui. Cic. *pro cluentio.* Appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandissimè potest. Hinc (3.) est blanda oratione virginis vel alterius pudicitiam attentare, *l. 15. §. 15. 20. 21. & 22. ff. de iniur.* (4) de solutione debitorem interpellare. *l. 16. §. 6. ff. de fideiussor. & mandat.* Valer. Max. *lib. 4. c. 8.* Neque de sorte quenquam debitorum suorum, neque de usura à suis appellari passus est. (5) auxilij causa implorare. Cic. quid agendum est, qui Deus appellandus est. *& pro sexto Roscio*: Te nunc Publi Scipio appello: Sic olim Tribuni auxilii causa appellati sunt, & qui hoc fecerat, is se æquo judicio certare non posse clamabat. Turneb. *lib. 18. advers. cap. 22.* — Homonymia.

IV. Deinde vocabulum juris est, & sumitur (6) generaliter pro Magistratum agendi causa adire. *l. 1. §. 3. ff. ex quib. caus. maj l. 29. ff. de judic.* Et tandem (7) specialiter, ut sit à sententia judicis inferioris iniquâ ad superiorem provocare, in qua significatione hoc loco usurpatur, *& in tit. ff. & Cod. de Appellat. German.* Appelliren / oder sich beruffen an den Oberrichter.

V. Hujus synonymicum uocabulum est provocare *l. 1. l. 3. §. fin. l. 8. ff. l. 2. C. h. t. l. 40. §. 1. ff. de pact. l. 27. ff. de re judic.* Notandum tamen provocare latiùs patere quam appellare, ita ut differant ut genus & species, & plus contineat provocatio quam appellatio, siquidem provocatio denotet omnem actum, per quem judicis officium seu auxilium imploratur. Bart. *in l. si minoris 25. col. 2. vers. Tertio modo legitur ff. de administrat. tut.* adcò, ut Appellationem, petitionem restitutionis in integrum, querelam nullitatis, &c. tanquam species sub se comprehendat, & hoc modo omnis appellatio dici poterit provocatio, sed non contra, quamvis, ut dixi, sæpius synonyma sint, & unum pro altero ponatur. *add. l. 17. C. h. t.* — Synonymia.

VI. Nonnulli Dd. inter quos Maranta *cum allegatis in spec. aur. part. 6. de Appellat. num. 2.* putant provocationem continere appellationem judicialem & extrajudicialem; Appellationem verò judicialem tantum *per. c. cum sit Romana 5. X. de Appellat.* Alij dicunt, inter quos Rebuffus *in l. libert iff. de Verb. signif.* Provocationem tantum esse appellationem extrajudicialem, & sic provocationem ut speciem constituunt.

VII. Verum non obstat *d. c. 5.* quia non dicit, quod appellationes extrajudiciales non sint appellationes, sed quod non soleant ita dici (2) quod eodem textu expressè dicatur, quod extra judicia appellare permissum sit, (3) quod expressus textus extet in contrarium in *clement. 3. eod.* Nec videtur dissentire Gail. *1. Obs. 120. n. 4.* ubi saltim describit appellationem extrajudicialem, quod sit provocatio ad causam, vimque conventionis habeat.

VIII. Rectius distinguunt illi, qui provocationem duplicem statuunt, Solennem scilicet & simplicem. Ut PROVOCATIO SOLENNIS sit, quando certis quibusdam solennibus adhibitis causa ad superiorem defertur, & speciali nomine vocatur Appellatio. SIMPLEX vero, quando causa ab inferiore Iudice omissis appellationis solennibus defertur, ut fit per querelam nullitatis principaliter deductam, petitionem restitutionis in integrum, reductionem ad arbitrium boni viri, & similes. vid. Roding. *Pandect. Camer. edit. noviss. lib. 1. tit. 21. & 33.*

Definitio, Hermog. Iulii Papæ, Lancelotti Bartoli. & Marantæ. IX. Appellatio variè definitur. ICtus Hermogenianus *in l. 17. ff. de minoribus* definit, quod sit iniquitatis sententiæ querela. Iulius Papa *in can. placuit. 2. quæst. 6.* ita: quod sit à minore judice ad superiorem provocatio. Lancelot. *in suis Institut. de Appellat. §. 1.* duplicem habet, quarum prior ferè cum Bartoli definitione *in l. 1. ff. de Appellat.* coincidit, posteriorem verò verbotenus retinuit Celeberrimus Maranta *in suo speculo aur. de Appellationibus*, ita ut sit provocatio ad majorem judicem ratione gravaminis illati vel inferendi. VVesenb. VVesenbec. *in Paratit. hic. n. 3. sic*: quod appellatio sit ab inferiore judice ad superiorem gradatim facta provocatio, ut is causam antea quidem cognitam, sed ut appel-

appellans intendit, injuftè definitam, denuo cognofcat, & fententiam prius latam in melius reformet.

X. Vt verbo dicam, quot funt Dd. tot funt ferè Appellationis definitiones. Miffis jam aliis hanc defendo: APPELLATIO eft à fententia vel decreto inferioris judicis ad fuperiorem ratione gravaminis illati vel inferendi legitimà provocatio, ut fuper hoc cognofcat, fententiam vel decretum, ut vult Appellans, corrigat, & in melius reformet.

XI. Generis loco pono provocationem, quia provocatio latius patet qnam Appellatio, differunt enim ut genus & fpecies, uti *thefi 5.* dixi pluribus.

XII. Reliqua definitionis verba conftituunt differentiam fpecificam, ita ut falva veritate definitio cum definito converti posfit. Et fequitur (1) in definitione vocabulum (LEGITIMA) cui forma appellationis ineft, debet enim appellatio legitimè interponi certis adhibitis folennibus, puta: vel in continenti viva voce, vel ex intervallo intra decendium in fcriptis, & gradatim, hoc eft, regulariter coram judice proximè fuperiore, quod tamen ad effentiam appellationis non pertinet: infimul neceffe eft, ut debito tempore apoftoli petantur, acta requirantur, appellatio introducatur, juftificetur & finiatur &c. Deinde fequitur (2) A SENTENTIA VEL DECRETO RATIONE GRAVAMINIS ILLATI VEL INFERENDI: quæ verba ad materiam appellationis fpectant, & funt vel caufæ judiciales vel extrajudiciales, in quibus non folum ab illato feu præfente, verum etiam ab inferendo feu futuro gravamine appellari poteft Iuxta Dd. *in c. ut debitus 59. X. de Appell. clem. 2. Eod.* Marant. *fpec. aur. part. 6. de Appellat n. 4.* Porrò (3) INFERIORIS IVDICIS AD SVPERIOREM: In his verbis de caufa efficiente agitur, de perfonis ad Appellationis proceffum requifitis, fc. de judicibus & litigantibus. Et eft de natura appellationis, ut fiat de minore judice ad majorem: abfurdum enim effet, ut minor corrigeret errorem majoris judicis Gloff. *in c. non putamus 2. de confuetud. in 6. quam vide*, cum inferior in fuperiorem & par in parem non habeat imperium *l. 4. ff. de recept, arbitr. l. 13. §. 4. ad Sc. Trebell.* Tandem (4) VT SVPER HOC COGNOSCAT &c. quibus

verbis

verbis usus & finis primarius Appellationis inducitur. Sed de his omnibus plenius agam in seqq.

Divisio. XIII. Definitionem excipit DIVISIO, & est VEL IVDICIALIS VEL EXTRAIVDICIALIS, quarum ILLA à sententia definitiva vel interlocutoria, *l. 23. §. 1. ff. hic l. 2. ff. de appellat. recip.* HÆC vero à decreto vel actu extrajudiciali interponitur *l. 1. §. solent. 3. ff. quand. appelland. l. 3. C. de excusat. tutor. c. 8. & 1. X. de Appellat. in 6.* Alias divisiones vide apud VVesenbec. *parat. hic num. 5.*

CAPUT II.

De personis, qui appellare possunt, vel non.

THESIS I.

Appellant (1) qui cōdemnati sunt. APpellare possunt omnes, qui non prohibentur. Non solum autem appellant, QVI CONDEMNATI SVNT, sive unus, sive plures, & hoc vel suo nomine, vel alieno, puta procuratorio, tutorio vel curatorio. (An autem procurator sive quivis alius absque mandato appellare possit nomine alieno, paulo post videbimus: de tutoribus & curatoribus, & qui dantur ad litem, nullum est dubium qvin possint, cum publicum eorum sit officium *princ. instit. de excusat. tut. vel curato.*)

2. Qui non condemnati sunt. II. Sed etiam, QVI NON CONDEMNATI SVNT, dummodo eorum intersit sententiam retractari. Sic pro illo qui ad supplicium ducitur, quemvis provocationem interponere posse textus est *in l. 6. ff. h. l. 29. C. eod.* Exemplum manifestissimum quoque habemus in sacris, Historia Susannæ & Danielis *vers. 45. & seqq.* Nam omnium interest innocentes defendi, & hominem hominis beneficio affici. VVelenb. *parat. h. n. 7.*

III. Ampliatur, ut procedat etiam invito & non urgente imo resistente reo, *d. l. 6. §. quid ergo ff. h.* nisi publicè intersit statim puniri. Schotan. *Exam. Iurid. tit. de Appell. recip. vel non, & tit. An. per al. caus. appell. red. poss.*

3. Tertius pro suo Interesse. IV. Nec non quandoque TERTIVS OB SVVM INTERESSE appellat quod fit tripliciter, vid. Nobilissimum & Consultissimum Dn. Henr. Hahnium disputationis hujus Inauguralis Præsidem & jam ante novennium Præceptorem meum fidelissimum

lissimum *in Observ. Theoret. Pract. ad VVesenb. part. 2. tit. de Appell.* 4.
n.7. & Gail. *fusius lib. 1. obs. 122. per tot.* ubi & *obs. 125.* quæstionem, AN PRO SVBDITO PRINCEPS, ratione interesse possit appellare, affirmative decidit. Princeps pro subdito.

5. V. Quod recte quoq; EXTENDITVR AD DOMINVM FEVDI in Causa Vasalli, si domini inter est. Schnobel. *ad Pandect. disput. ult. thes. 2.* Dominus feudi pro vasallo.

6. VI. VNVS quoque EX PLVRIBVS CONSORTIBVS recte appellat, & ejus appellatio prodest reliquis non appellantibus, modo causa communis sit, & una eademque omnium defensio. *t. t. C. si un. ex plur. appell.* & text. sing. *in l. si quid separatim §. fin. ff. h.* Secus si diversæ sint causæ, cum separatorum separata sit ratio *d. §. fin.* Confer. Gail. *1. obs. 126. num. 3* Vnus ex pluribus consort.

7. VII. Thesi 1. dixi, quod ALIENO NOMINE appellari possit, e.g. procuratorio, quod procedit, si legitime sit constitutus, hoc est, mandatum habeat vel generale, vel ubi res exigat, speciale. Nam absque tali mandato provocatio nulla est ob inhabilitatem seu defectum Personæ provocantis, cùm nec Dominus, procuratore cessante, appellationem ratificare & persequi possit. Ant. Fab. in *Cod. lib. 4. tit. 20. defin. 1. n. 4.* quod è contrario ipsi ut principali de jure conceditur. *expr. l. 2 ff. an per alium caus. appell. redd. poss.* Qui autem vult pro alio appellare, debet fidem facere de mandato. Scacc. *de Appell. quæst. 6. num. 34 & quæst. 20. n. 2.* & debent esse causæ pecuniariæ, & consimiles ipsis, in quibus vel pœna relegationis vel minor est. puta: infamiæ *l. 1. ff. eod.* Nam in causis criminalibus vel capitalibus procurator intervenire vel agere non potest, quæ autem causa per alium agi nequit, ejus nec appellationem per alium agi oportet. Atqui causa criminalis, &c. Ergo. totus syllogismus probatur *ex d. l. 1. in med. & fin.* Quod quidem ut *thes. 2.* dictum, ita restringitur, ut quilibet sive mandatarius sit sive non, pro illo, qui ad supplicium ducitur, provocationem licite interponere possit. *alleg. ll.* Procurator cum mandato generali vel speciali.

8. VIII. NEGOTIORVM GESTOR tamen absque mandato Iure Civili rectè appellat, dummodo litis dominus mox Negotior. gestor.

puta intra decendium ratum habeat *l. 1. ff. de Appellat. recip.* Marant. *part. 6. de appell. n. 218.* Rennem. *Iurispr. Rom. membr. 4. disp. 47. th. 22. & 23.* quod rectissimè quoque extenditur ad conjunctas personas, parentes, liberos, fratres &c. *d. l. 1. §. 1. l. 23. §. filium famil. hic.* Gail. *1. obs. 133. & ibid. Grav.* Mynſ. *cent. 3. obs. 53.* Rennem. *d. l.*

Non Appellare possunt 1. Servi.

IX. Appellare non possunt (1) SERVI, qui personam legitimam standi in judicio non habent *l. 1. C. de prec. Imper. offer.* eorum autem nomine domini appellant. *l. 15.* ubi exceptio *l. 18. & 28. ff. hic.* Sed quoniam status servorum jamdudum immutatus. vid. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 5.* & Prætor. *in Theat. Polit. membr. 4. in not. & alios,* & hodie homines liberi sint, non video, quam ob causam ipsis gravatis beneficium appellationis sit denegandum.

(Quod hodie secus.)

2. Contumax

X. CONTVMAX qui condemnatus est, non potest appellare *l. 1. C. quor. appell. non recip. l. properandum 13. §. cum autem 4. C. de judic.* quis autem dicatur contumax vid. Marant. *part. 6. de Appellat. num. 285.*

3. Renuncians appellationi expresse.

XI. QVI ANTE SENTENTIAM SVO IVRI IN IVDICIO EXPRESSE RENVNCIAVIT appellandi auxilium perdit. *expr. l. 1. §. 3. ff. à quib. appell.* quilibet enim potest juri suo pro se introducto valide renunciare *l. 51. C. de Episc. & cler. l. 29. C. de pact.* VEL SI PARTES ITA PACTI SVNT inter se scriptura interveniente, ut nemini appellare liceat, hoc valet. Legum enim austeritas in hoc casu pactis litigantium mitigatur. *l. fin. §. fin. C. de Tempor. & reparat. appellat.* Treutl. *Volum. 2. disput. 33. thes. 3. cum allegat.*

(Vel tacite.)

XII. TACITE QVOQVE appellationi renunciare censetur (1) qui post appellationem adit Iudicem à quo, absque protestatione, & causam prosequitur *c. si à judice 10. X. de Appellat. in 6. c. gratum 20. X. de offic. de legat. c. sollicitudinem 54. in fin. X. de Appellat.* Alexand. *volum. 4. cons. 130.* (2) qui super judicato transigit. *l. 40. §. qui provocavit. 1. ff. de pactis.* (3) vel judicatum facere promisit. Lanfranc. *in repetit. c. quoniam in verbo col. 26. de probation.* (4) vel si appellans pendente appellatione attentat. *vid. infr. cap. 7. th. 5.* (5) vel apostolos intra 30 dies non petiit, quod

tamen

tamen non amplius observatur. *vid. infr. cap.6. thes. 18. & 19.* vel (6) Acta intra triginta dies non requirit. *vid. memb. 2. cap. 1. thes. 8.* (7) si appellans in præstituto termino adsistendum se coram judice ad quem non sistat. *c. personas 4. X. de appellat.* & (8) si appellans non facit, quod facere tenetur ex lege, consuetudine vel ordinatione, Bald. *in addit. ad speculat. de appellat. vers. sed pone.* Iason. *in Auth. qui rem col. 6. vers. 10. C. de SS. Eccles.* de quibus quoque infra *memb. 2. ex Recess. Imper noviss. 1654. specialiter agendum erit.* (9) qui petit dilationem ad solvendum judicatum vel alio modo acquiescit *l. 5. C. de Re judicata*, multo magis si aliquid virtute lati decreti solverit, Guilm. *rer. jud. Com. lib. 1. decis. 26. n. 115.* nisi fortasse cum protestatione & reservatione sui juris ad avertenda attentata, vel aliud evidentissimum executionis periculum hoc faciat. vid. Roding. *Pand. Cam. edit. noviss. lib. 1. tit. 30. in comment.*

XIII. SI QVIS MANIFESTE VIOLENTIAM vel latrocinium commisit, AVT CONVICTVS sit argumentis & testibus superatus, vel si ipsemet delictum (sine tormentis tamen, ut notat Schotan. *in Exam. Iurid. tit. de Appell.*) CONFESSVS sit. *l. 2. C. quor. appell. non recip.* qui statim puniri debet. vid. VVesenb. *parat. de Appellat. recip. vel non.* Marant. *in spec. aur. part. 6. de appellat. n. 296.* 4. Manifestus delinquẽs, item confessus & convictus.

XIV. NEC potest quis A TRIBVS SENTENTIIS CONFORMITER & super iisdem capitulis latis appellare *t. t. C. ne lic. in un. ead. causa.* Quod autem Camera imperialis non attendit, siquidem illa recipit tertias & quartas appellationes, si ita se offerat occasio, ne fraus fiat jurisdictioni ipsius tanquam supremi tribunalis, cum alioquin quis inferiorum Ducum & Principum in præjudicium Imperii in suo ducatu plures posset facere instantias, & sic supremum judicium eludere. vid. Mynsf. *cent. 1. Obs. 15.* Gail. *1. obs. 72. n. 3.* Add. Dn. Carpz *part. 1. const. 19. defin. 23.* uti in Leuterationibus quoque indifferenter permissum est in foro Saxonico. 5. Tribus sententiis conformibus victus.

XV. Nec potest appellare TVTOR testamentarius nec quivis alius, Exceptiones tamen si quas habet intra præstituta 6. Tutor.

tempora allegare non prohibetur, quæ si rejiciantur, habet appellationis beneficium *expr. l. 1. §. si quis tutor. ff. quand. appell. l. 1. & 18. C. de excusat. tutor. l. 5. & l. 13. §. 1. ff. eod.* Quod autem non procedit in aliis electionibus *l. observare 2. C. de Decur. lib. 10. l. 4. l. 7. & 11. C de Appellat* Quamvis, ut verum fatear, tutor quoque, si velit, ab ipsa creatione vel nominatione appellare possit. *l. 4. ff. de excus. tutor.* cùm ipsi non prohibitum sit appellare, sed saltim *d. l. 13. ff. de excus. tutor.* dicitur, quod non sit necesse, ut rectè observavit Bacchov *ad d. l. 13.* vid. Sutholt *dissert. 3. aphor. 47.* & Piagg. *de Tutor. quæst. 10. n 7.* Nobiliss. Dn. Præses ad VVesenb. *tit. de excus. tutor.* ubi dicit, quod in favorem tutoribus sit prius excusatio concessa, quia terminus appellandi olim erat brevissimus, ut deinceps audiemus. Si autem tutor ita appellaverit, nec causas justas excusandi probaverit, periculum medij temporis seu damnum per moram appellationis factum ad ipsum pertinet. *l. 1. ff. si tut. vel curat. magistrat. creat. appell.* vid. Dn. Præsid. *ad VVensb.* & Schotan. *ibi.*

Quamvis si velit, possit.

7. Cōdemnatus pro debito publico seu fiscali.

XVI. Nec potest appellare CONDEMNATVS OB ÆS ALIENVM, QVOD FISCO DEBETVR *l. fin. & l. 4. C. quor. appellat. non recip.* quod intelligendum quando fiscus tractat de damno vitando, secus si de lucro, ut in pœnis pecuniariis, quia tunc potest appellari, ut docet. Andr. de Isern. *in constitut. colum. final.*

8. Officialis ob delictū.

XVII. Nec OFFICIALIS ob delictum in officio commissum à suo judice condemnatus appellare potest, *l. 3. C. quor. appellat. non recip.*

9. Raptor virginis. 10. Cusor falsæ monetæ 11. Reus criminis læsæ majestatis.

XVIII. Nec multi alij, ut RAPTOR VIRGINIS propter criminis immanitatem *per l. un. vers. quibus & si appellare. C. de Rapt. virgin.* *CONDEMNATVS DE CRIMINE FALSÆ MONETÆ. l. 1. C de falsi monet.* *NEC NON DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS, per l. constitutiones ff. hic & ibi* Bartol. Felin. *in clement. sicut de simon.* Rauch *l. 2. quæst. 8.* Add. Vivium *comm. opin. lib. 1. opin. 55. n. 3.* ubi contrariam opinionem communiorem & veriorem esse probat. Vide sis apud Marant. *part. 6. de appellat.* hac de re plura, *num. 298. & multis seqq.* quod hodie

die eò magis obtinet, cum à causis criminalibus appellatio non detur, uti *infra cap. 5*, demonstrabo pluribus.

CAPVT III.

A quibus Iudicibus appellari potest, vel non.

THESIS I.

AB omnibus tam ordinariis *l. 21. l. 32. §. 5. l. 35. C. hic*, quàm extraordinariis sive delegatis appellatio institui potest, *l. 19. l. 29. C. eod. l. ult. C. de judic. in fin, l. 3. C. de pedan. Iudic.* nisi qui lege vel ob speciale privilegium excipiantur. Non appellari potest.

II. Excipitur autem primo statim loco, Princeps summus seu IMPERATOR Romanus, à quo appellari fas non est, cum ipse sit caput Reipubl. summus & ultimus qui provocatur. *l. 1. §. 1. à quib. appell. non lic.* vid. Iohan. Theod. Spreng. *synops. jur. publ. cap. 3. pecul. quæst. p. m. 61. & seqq.* Add. Rennem. *Iurispr. Rom. Germ. membr. 4. disput. 47. th. 17. & th. 12.* ubi rectissimè EXTENDIT AD REGEM ROMANORVM, nec non VICARIOS IMPERII, cum & ipse Pontifex neget à judice seculari ad se appellari posse *in c. 7. §. denique X. de Appell.* à falsis tamen decretis & rescriptis summi principis appellari potest *l. 1. §. 1. ff. hic. l. 2. C. eod. l. fin. ff. quand. appelland. vid. cap. 4. thes. 1.* 1. Ab Imperatore. 2. à Rege Romano. 3. à Vicariis Imperii.

III. Nec adpellari potest A CONSILIO AVLICO CÆSAREO. germ. vom Käiserl. Hoffrath / oder Hoffgericht Iust. Sinolt. cognom. Schutz *de stat. Rei Rom. vol. 2. disput. 2. th. 5. lit. b. not. in fin.* cum repræsentet Imperatoriam Majestatem vel Imperatorem ipsum, qui vero neminem nisi Deum & ensem recognoscit superiorem, ut Dd. loquuntur. Ne autem partes ibidem litigantes omni remedio destituantur, loco Revisionis in Camera Imperiali usitatæ licitum est parti gravatæ à Sententia in Iudicio Aulico (Cæsareo) lata ad Cæsaream Majestatem supplicare, ut acta judicialia denuo adhibitis aliis gravati negotii paribus, neutrique partium addictis ex utraque religione æquali numero consiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerint, aut certè Referentium & Cor- 4. à Consilio aulico Cæsareo.

Referentium partes non sustinuerint, revideantur. &c. Verba sunt *Instrum. Pac. Osnabr. art. 5. §. Praeterea 20. vers. quoad Processum.*

5. à Camera Spirensi. IV. Nec A CAMERA IMPERIALI appellare vel supplicare licet. *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 51.* quamvis gravato beneficium Revisionis Actorum & Syndicatus, depositâ prius in judicium certâ pecuniae summâ in casum succumbentiae non denegetur *d. ord. Cam. part. 3. tit. 53. per tot.* de quibus infra cap. 9. paulo fusius.

V. Quod ampliatur, ut ne quidem ad Imperii status Reinking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 8. num. 40. & seqq.* nedum ad Pontificem Romanum inde appellare fas sit, etiamsi causa praetendatur tutelaris sive pia *d. c. 7. in fin. X. de Appellat.* Reinking. *d. lib. 1. class. 2. c. 2. n. 67. & 68.* Iust. Sinolt. cognom. Schütze *de statu Rei Roman. vol. 1. disp. 3. thes. 24. lit. b. & not.* quod cum aliquando factum, temerarium appellantē Camera in poenam 100. Marcarum auri puri condemnavit Anno 1512. vid. Autor in praejud. Cameral. *pag. 31.* Reinking. *d. l. n. 10.*

VI. An vero à Pontifice ad concilium appellari possit, (ut fecit ob 4. causas Dn. D. Martinus Lutherus, piae memoriae teste Sleidano *comment. de Statu Relig. & reipubl. lib. 1. & 2.*) dubium habet, Plerique hoc putant, sed hanc quaestionem decidit Beuther. *tract. de Appellat. Temp. 1. c. 7 pag. 80. & seqq.*

6. à Senatu Romano. VII. Nec A SENATV OLIM ROMANO sub Imperatoribus appellatio concessa erat, quia pars fuit & quasi membrum principis *l. 1. & 2. ff. â quib. appell. non lic. l. 5. princ. C. ad L. Iul. Maj.* & jus condendae legis habuit. *l. 9. ff. de legib. l. 2. de flumin.*

7. à Praefecto praetorio. VIII. Nec A PRÆFECTO PRÆTORIO provocandi sed supplicandi licentia conceditur *l. un. C. de sent. Praef. Praetor. l. si quis 5. junct. Auth. Quae supplicatio C. de precib. Imper. offer. l. 17. ff. de minor.*

8. à Delegato Imperatoris cū clausula Appellatione remota, IX. Nec A DELEGATO IMPERATORIS cum hac formâ, ut ab eo provocare non liceat, appellatur *d. l. 1. §. 4. à quib. appell. non lic. c. 1. X. de Rescript.* Add. Zoes. *comment. Digest. lib.*

49. tit.

49. tit. 2. n. 7. 8. quod specialiter in illo obtinet, quoniam hac forma judicem nemo alius præter Principem dare potest. *d. l. 1. in fin.*

X. Porro appellatio denegatur AB ARBITRIS seu judicibus compromissariis, qui nullam potestatem habentes cum consensu litigantium in judices eliguntur, in quos compromittitur ut plurimum sub pœnâ, ut eorum sententiæ, quæ laudum vocari solet, stetur *l. 1. C. & ibi Gothofr. de recept. arbitr. l. 32. §. 14. ff. eod. c. A judicibus. 2. quæst. 6.* 91 Ab Arbitris compromissariis.

XI. AMPLIATVR, quod ab horum sententiis nec Reductio ad arbitrium boni viri locum habeat, uti declarat Abb. Panor. *in c. 2. colum. fin. X. de Arbitris in princip. & fin.* cum saltim à sententia arbitratoris obtineat, vid. eleg. Marant. *part. 6. de Appellat. num. 125. 267. & 270.*

XII. LIMITATVR tamen, quod quamvis à sententia arbitri regulariter reductio vel appellatio locum non habeat, nihilominus tamen ob enormissimam læsionem vel manifestam & evidentem iniquitatem non solum exceptio doli *d. l. 37. §. 14. ff. de Arbitr. l. 3. C. eod.* sed etiam reductio ad arbitrium boni viri. Gail. *1. obs. 150. n. 8. & seqq.* Rosbach. *prax. civil. tit. 6. num. 21 & 22.* VVesenb. *parat. de Appellat. n. 8. in fin.* Nobiliss. Dn. Præs. ad VVesenb. *tit. de Recept. arbit. n. 7.* nec non appellatio admittenda sit. Gail. *d. l. & 1. obs. 1. n. 49.* Bart. *in l. 1. C. de arbitr. & l. 9. ff. qui satisdar. cogant.* Socin. *in fallent. regul. 18. ubi plures casus refert.* Add. Mynſ. *cent. 4. obs. 68. per tot.* VVurmſ. *tit. 24. obs. 6. de Appellat.* Processſ. Chilian König *c. 5. num. 1. in marg.* Processſ. civil. Rosbach. *d. l.* quamvis dissentiat, ut dixi, Marant *part. 6. de appellat. num. 270.* ubi dicit veram & communem conclusionem Doctor. esse, quod etiam hodie non appelletur à sententia arbitri. Iunge Treutl. *vol. 1. disput. 12. th. 4. & vol. 2. disput. ultim. thes. 4.* ubi subnectit de Iure Canon. ab omni arbitro appellari posse per *gloss. in can. A judicibus 2. quæst. 6.* adde Vivium *commun. opin. lib. 1. opin. 53.* & ab eo allegatos.

XIII. AB ARBITRIO VERO IVRIS bene appellatur. Schneidevv. *ad Instit. tit. de Action. §. omnium. num. 26. 27. & 78.* (Secus ab arbitro juris.)

quem

quem vide. de quo plura videbimus *cap. seq. th. 26. & cap. 9. th. 31.*

10. Ab executore sententiæ.

XIV. AB EXECVTORE vel executione sententiæ quoque prohibita est appellatio. *l. 4. ff. hic l. 5. C. quor. appellat. non recip. C. Novit. 43. X. de Appellat.* Rationem adducit Dn. D. Ioh. Herman. à Sode P.P. in Academia Gerana, Fautor meus honoratissimus *in disputat. sua de salutar. Appellat. remedio thes. 7. lit g.* Nisi Executor sententiã malè interpretando partem gravet, aut judicationis vel executionis modum excedat. *d.l. 4. §. 1. hic. & d. l 5. C. quor. appell. non recip..* Vide hic omnino Gothofredum, qui alias ex Socino refert exceptiones Add. Nobil. Dn. Præsidi *citatos. Dd. tit. Ad VVesenb. de Appellat. num. 8. verb. ab Executione.* ut & Anton. Nicell. *in tract. de concordant. glossar. concord. 6.* qui 120 exceptiones, à quibus scil. judicibus non appellari possit, recenset, confer quoque Bernard. de Luco. *regul. 35.* Marant. *d. tr. à num. 246. usque 278.* & Dunazium *regul. 45.*

11. Ab Electore & Ducibus Saxoniæ.

XV. Ob privilegium speciale appellari non potest AB ELECTORE ET DVCIBVS SAXONIÆ ex Misnicâ Familia oriundi: verum per hoc privilegium querela nullitatis & supplicatio ad Imperatorẽ non est prohibita, vid. Dn. Bened. Carpzov. *part. 1. const. 20. defin. 23. 24. & 25. & disput. Iurid. Polit. de jur. & privil. Elector. & Duc. Saxon. de non appellando.*

12. Ab Electore Brandeburgico.

XVI. AB ELECTORE BRANDEBVRGENSI quatenus Electore non appellatur, (quod tamen ad cæteros non extenditur Marchiones Brandeburg. Bocer. *Class. 6. disp. 34. thes. 35. & 31.*) Ratio est, quia hoc jus de planè non appellando non solum hisce duobus, (qui illud soli in viridi observantia semper retinuerunt) verum etiam in genere omnibus Electoribus in Aur. Bull. *cap. 11.* speciali privilegio est indultum.

13. Ab Archiducibus Austriæ. 14. Ducibus Lotharin. 15. Burgũdiæ.

XVII. Privilegium illud de non Appellando quoque sibi vendicant hodie ARCHIDVCES AVSTRIÆ, DVCES LOTHARINGIÆ & BVRGVNDIÆ. vid. Berlich. *part. 1. conclus. 50, num. 23. & seqq.* & Mynsing. *cent. 5. obs. 58.* Sed hoc cum grano salis accipiendum, ut non solum ab his, sed etiam ab omnibus, à quibus alioqui appellare non licet, tum demum appellare concessum

ſum ſit, ſi ſuis ſubditis protrahant vel denegent juſtitiam, vel contra rem judicatam premant illos, Aur. Bull. *cap. 11 §. 3. & 2. verb. quamdiu querulantibus non fuerit juſtitia denegata.* Ordin. Cam. *part. 2. tit. 26. §.* vnd nach dem *in fin.* Iuſt. Sinolt. cognom. Schütze *de Stat. Rei Rom. vol. 1. diſput. 3. theſ. 24. lit. e. f.* Excep.

XVIII. Quod rectiſſime quoque EXTENDITUR ad Pacis publ. violatores, quo caſu omnes Principes & Status Imperij, (exempta ſola Domo Burgundica) etiam Eccleſiaſtici immediatè tamen Imperio ſubjecti (reliqui enim habent ſuas Eccleſiaſticos judices) ſubſunt Iuriſdictioni Cameræ, non obſtante ullo ipſorum privilegio. Mynſ. *d. centur. 5. obſ. 58. n. 1. 2. 3. & ſeqq.* Gail. *ſingular. tract. de Pace publ. cap. 8. n. 7. & lib. 1. obſerv. 3. n. 1 & 4* Add. Ord. Cam. *part. 2. tit. 9.*

XIX. Porrò ſciendum, quod hodiè nec AB ELECTORE ET ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO appellari poſſit, per privilegium Anno 1654. impetratum, niſi in caſibus denegatæ juſtitiæ, & ut judicia ſua probè inſtauret, judiciumque reviſorium conſtituat, quod privilegium Cameræ inſinuatum, & pro inſinuato acceptatum *diè 9. Martij Anno 1655.* Verb. Caſus denegatæ juſtitiæ Außgenommen/ vnd ſollen Jhre ChurFürſtl. Gn. dero Vnter / Ober: vnd Hoffgerichte nohtürfftiglich beſtellen / vnd ein Iudicium reviſorium anordnen. Antehac ſumma appellabilis ſecundum privilegium de Anno 1521. ſaltim fuit 400. flor. 16. Ab Elect. Mogunt.

XX. Similiter nec hodie AB ELECTORE ET ARCHIEPISCOPO COLONIENSI appellari fas eſt, niſi quoque in caſu denegatæ juſtitiæ, & ut judicium reviſorium conſtituatur per privilegium de anno 1653. CONCESSIT TAMEN Dominus Elector appellationes à ſententiis in petitorio latis, ubi ſumma 1000 flor. Rhen. in auro excedit. vid. Landtages Schluß *de anno 1655.* Summa alias olim 500. floren. Rhen. poſtmodum Anno 1616 1000. flor. extenſa fuit. 17. A Colonienſi.

XXI. Nec AB ELECTORE BAVARIENSI, & Iudiciis Palatinatus ſuperioris ſub pœna 100. Marcarum auri puri hodie appellatur, per privilegium de anno 1628. quod deinde Anno 1644 in Camera pro inſinuato acceptatum refert Auctor Pandect. Camer. Roding. *lib. 1. tit. 20. pag. 275.* 18. A Bavarienſi.

19. A Palatino XXII. Nec AB ELECTORE PALATINO respectu sui Electoratus & Principatuum Palatinatus inferioris cum pertinentibus appellatio concessa est, per privilegium juxta tenorem im erneuerten Pfaltz Landtrecht in fin. impressum, & Cameræ pro insinuato acceptanti Anno 1652 oblatum. Summa olim erat 1000. flor. aur.

20. A Rege Sueciæ ratione Principatuum in German. XXIII. Privilegio de non appellando & hodie gaudet REX SVECIÆ ratione Ducatus Bremensis, Verdensis, Pomeraniæ citerioris, & Principatus Rugiæ una cum omnibus ditionibus locisque annexis, cum hac conditione tamen, ut summum aliquod Tribunal seu appellationis instantiam (quod in Præsentia VVismariæ est) commodo in Germania loco constituat, eique idoneas præficiat personas, quæ unicuique jus & justitiam secundum Imperii constitutiones, & cujusque loci statuta absque ulteriori provocatione, causarumve avocatione, (quo Suecis, ne ad Regiam aulam causas extra imperium avocent, inhibitum est) administret: verba sunt *Instrumenti Pacis Osnabrugg. art. 10. §. Deinde.*

XXIV. Obiter notandum, quod & PRIVILEGIUM ELECTIONIS FORI habeat, ita tamen, ut intra tres menses à die denunciatæ litis declarare debeat, coram quo Iudicio (aulico scil. Cæsareo, vel Camera Imperiali) se sistere velit. *Instrum. Pac. d. l. §. Econtrà.*

XXV. Habent præterea & alii Principes & Civitates Imperii privilegia de non appellando in certis causis, nec non ab eorum sententiis intra certam pecuniæ summam. de quibus aliquid *cap. 5.* dicturus sum, plura qui desiderat, inspiciat Edit. Noviss. Pandect. Cameral. Rodingi *lib. 1. tit. 20. pag. mihi. 273.*

CAPUT IV.

Ad quem Iudicem Apppellandum, vel non.

THESIS I.

Iuris notissimi est, nec appellationem ad eundem, & parem, multo minus ad inferiorem judicē procedere *l. eos qui 6. princ. l. 1. §. 3. ff. hic. Nov. 23. c. 4. & Dd. passim.* Hinc quæstio surgit, An non

non à judice malè informato ad eundem melius informandum appellatio procedat? Negatur cum Gail. *lib.1. obs. ult. num. ult.* quod appellatio, uti jam dictum, ab eodem ad eundem non valeat *c. Romana 3. de appellat. in 6.* Et hoc multo magis in supremo Imperatore obtinet, cum eum tot proceribus Imperii præsentibus & consiliariis adhibitis inconsulte suas sententias proferre absurdum, & mihi unquam cogitare summa religio sit. Non obstat *l. 1. §. 1. ff. h. t.* quia ibi dicitur de rescripto Cæsaris, quod consultor ad mendacia impetravit, à quo rectè provocare, & hodie Exceptionem Sub: & obreptionis opponere licet. *d. l. 1. §. 1. & Dd. commun.* Iung Rennem. *Iurispr. Rom. Germ. membr. 4. disput. 47. th. 13. in not.* Dissent. Gothof. *ibi. lit. G.* cui jam responsum fuit.

Quæst. An à judice malè informato ad eundem melius informandū appelletur. Neg. Nec obstat l. 1. §. 1. ff. hic.

II. APPELLATIO autem, ut *cap. 1. th. 12.* dictū, regulariter gradatim fieri debet à minore scilicet judice ad hujus superiorem proximum & immediatum *l. 21. ff. hic d. Nov. 23. c. 4. c. 66. X. de appellat. d. c. Romana. 3. eod. in 6.* Ordin. Cam. *part. 2. tit. 29. in princ.* quamvis ad essentiam appellationis hoc non pertineat. Hillig. *in Donell. enucleat. part. 2. lib. 28. cap. 7. lit. A.* Nobiliss. Dn. Præs. *ad Parat. VVesenb. tit. de Appellat. num. 3. uti thes. 4. videbimus.*

Appellatio regulariter gradatim instituenda Iure Civili & Canonico,

III. AMPLIATVR hæc Regula, ut non solum Iure Civili & Canonico, sed etiam Feudali obtineat *cap. ult. 1. Feud. quo temp. mil. invest. pet. deb.* Quis autem Iudex Appellationis sit, tractat Abb. Panorm. *in cap. Cæterum num. 20. X. de Iudic.* ubi dicit, ad superiorem Domini appellandum esse, cum hac distinctione tamen: Aut enim proximus ibi est superior, videlicet Dominus mediatus, & tunc ad eum appellari debet tàm à paribus curiæ (puta si lis sit inter Dominum & Vasallum) quàm à Domino, (puta, si lis sit inter duos Vasallos) Aut non est ibi proximus superior, & tunc appellatio fieri debet ad Dominum tribunalis nempe ordinarium, cui res subjecta est, sive sit ille persona Ecclesiastica, sive secularis. Mynss. *cent. 5. obser. 5.* Gail. *l. obs. 1. circ. fin. & lib. 2. obs. 156. per tot.* ubi præjud. extat. Quid autem pares curiæ & cujus conditionis sint & esse debeant, quomodo

etiam Feudali.

eligendi, & judicium eorum sit constituendum, non est hujus loci recensere, tractat tamen non ineleganter Iacob. Krüilen *ap. Modest. Pistor. volum. 1 consil. 60. num. 12. usque ad finem.*

Fallit (1) si Iudex sit suspectus, excommunicatus, & causæ conjunctus.

IV. *Thesi* 2. dictum, Appellationem gradatim fieri ad essentiam Appellationis non pertinere: FALLIT enim (1) Si judex intermedius esset inhabilis vel ratione suspicionis, vel excommunicationis, vel alterius inhabilitatis, puta: quod causæ conjunctus sit. Ordin. Cam. *part. 2. tit. 29. princ.* Marant. *part. 6. de appellat. n 375.* Mynſ. *1. obſ. 67.* Quot modis autem Iudex suspectus dici possit, vid. Marant. *d. l. à num. 27. usque ad 74.* ubi 40. causas recenset.

2. Si denegaverit Iustitiam.

V. Fallit (2) si aperte denegaret Iustitiam. Ord. Cam. *d. l.* Mynſ. *d. l.* & quidem statim ab initio ante cœptum judicium: secus si in processu denegaret, vel causam protraheret *Gail. 1. obſ. 28. num. 2.*

VI. Debet autem judex diligentissime requiri à parte litigante pro justitia sibi administranda, & unicam interpellationem sufficere ait Gail. *d. l. n. 5.* quamvis illa uno contextu per verba instanter, instantius, instantissimè multiplicari possit, quo casu pro trina habetur Gail. *d. l. num. 6.* Add Mynſ. *cent. 2. obſ. 24.* ubi videtur statuere, trinam interpellationem esse necessariam, quia Iudex post tertiam denegationem perdit Iurisdictionem. *auth. statuimus C. de Episc. & cler. & ibi Dd.* Mynſ. *cent. 3. obſ. 57.* Sed hoc obtinere putaverim, si judicio cœpto & lite pendente denegaverit vel protraxerit justitiam. vid. Felin. *in c. ex literis, num. 8. fallent. 1. de constitut* ubi omnino vide.

(Requiritur denegationis documentum.)

VII. Debet quoque ligitimum super denegatione produci documentum. Ord. Cam. *d. l. verb.* fündlich das Recht versagt/ Mynſ. *d. cen. 2. obſ. 74. & cent. 3. obſ. 57.* Gail. *d. lib. 1. obſ. 28.* Add. Mynſ. *cent. 1. obſ. 95. & cent. 5. obſ. 82.*

VIII. Si autem processu instituto vel lite pendente, Iudex protrahat vel deneget justitiam, PRIMO CASV promotoriales pro administranda justitia intra certum tempus decernuntur; ALTERO verò, citatio ad prosequendam causam principalem in Camera conceditur. vid. ordin. Cam. *part. 2. tit. 20. §. fin. junct. tit. 1. § fin.*

IX. Dan-

IX. Dantur quoque Promotoriales pro facienda executione sententiæ, quando sententia judicis inferioris transivit in rem judicatam, & mora in exequendo committitur Gail. *d. obs. 28. num. 7. ex Bald. in l. fin. §. Illud. C. de tempor. appellat.* Mynſ. *d. cent. 2. obs. 24. in fin.*

X. Fallit (3) si Iudex esse nolit, & causam sponte ad superiorem remittat. Ord. Cam. *part. 2. tit. 29. princ. verb.* nicht Richter sein könt oder wolt. Gail. *1. obs. 119. num. 2.* Mynſ. *d. cent. 1. obs. 67.* 3. Si judex esse nolit.

XI. Fallit (4) si nihil opponatur i. e. si pars adversa transgressionem seu appellationem per saltum, ut vocant, factam non impugnet, quia sic videntur partes consentire & jurisdictionem prorogare. Marant *part. 6. de Appellat. num. 373. cum allegat.* Mynſ. *d. l.* 4. Si nihil opponatur

XII. Fallit (5) in causis Scholarium, quia Scholaris vel Studiosus ex speciali privilegio Imperatoris *in Auth. habita C. Ne fil. pro patre*, potest à quocunque judice inferiori ad Imperatorem, omissis mediis, appellare Bald. *in d. auth. colum. 4. vers. Deinde* Scacc. *de Appellat. quæst. 7. num. 102.* & ab omni gravamine. Bald. *d. loc.* quod alias Iure Civili non licet. vid. Marant. *d. l. num. 372.* 5. In causis studiosorum.

XIII. Fallit (6) in causis pupillorum & viduarum & aliarum personarum miserabilium, ubi, omisso intermedio, recta Imperator ipse provocari potest *l. un. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* Scacc. *d. l. num. 113.* 6. Pupillorũ & viduarum, &c.

XIV. Fallit (7) Iure Canonico, quando appellatur ad Papam, ad quem semper potest appellari à quocunque judice, omisso medio. *text. in c. ad Romanam. 2. quæst. 6. c. 7. c. 54. X. de appellat.* Mynſ. *cent. 2. obs. 4.* Vult. *Iurispr. Rom. lib. 2 cap. 33.* Rittershuſ. *de different. Iur. Civil. & Canon. lib. 5. c. 26. cum alleg. Dd.* 7. Iur. Canon. in Appellatione ad Papam.

XV. Quod unico casu LIMITATVR, ut à Subdelegato Papæ non ad Papam (ut delegantem primum) *c. si delegatus 7. X. de offic. delegat. in 6.* sed ad delegatum appelletur. vid. Marant. *d. l. num. 369. & 370.* ubi *num. seqq.* annectit, etiam ad Legatum Papæ vel Patriarcham, omisso medio, rectè appellari posse. (Limitatur in Subdelegato Papæ.) (Ampliatur in Legato Papæ vel Patri-archam.)

Conjectus in appellatione ad Imperatorem.) XVI. Hic notandum venit, quod Iure Civili ad summum Principem sive Imperatorē, omisso medio, appellari non possit. *l. 21. ff. de appellat.* nisi in casibus uti *fallent 5. & 6 dixi.*

8. In Mandatario, sive delegato. XVII. Fallit (8) quoque in Mandatario, cui jurisdictio mandata, sive judice delegato, (ut Ius Canonic. eum vocat. *t. t. X. de offic. judic. delegat.*) Nam ab eo non ad ordinarium sive delegantem, sed ad hujus superiorem apppellatur *l. 1. §. 1. ff. quis à quo appell.* cùm mandatam habens jurisdictionem repræsentet ipsum mandantem *l. 3. ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* Dissentit VVesenb. Dissentit VVesenb. *in Parat. tit. de Appellat. num. 9.* cui pluribus respondet Bachov. *in not.* Vid. hic Iohan. Emeric. à Distingu. Rosbach. Rosbach. *prax. civil. tit. 6. de delegatis. num. 26.* distinguentem inter eum, cui species aliqua Iurisdictionis, & cui tota Iurisdictio delegatur, ut PRIORI CASV ad delegantem recte provocetur: POSTERIORI vero casu (quando tota jurisdictio ita mandatur, ut alter alterius nomine in tribunali tanquam idem ille jus dicat, sicut Consiliarij & locum tenentes, ac vicarij in Curia Principis judicant vice Principis) non idem (delegans) sed ejus superior provocatur *d. l. 1. §. 1. & ibi.* Bart. & Dd. *quis à quo Appell.* quia per se facere videtur, quod per alium facit. *C. qui facit X. de Regul. Iur. in 6* Iung. Nobiliss. D. Præsidem *ad Paratit. VVesenb. tit. de Appell. n. 9. & tit. quis à quo appelletur.* qui licet judicem delegatum ex duplici Iure, Civili scil. & Canonico duplicem statuat, minime tamen ad delegantē (nisi sit cum formula datus, aut à principe, qui propriam Iurisdictionem habet, delegatus) sed ad hoc superiorem provocari debere statuit.

Syllog. i. XVIII. Et hæc sententia subsequentibus SYLLOGISMIS PROBARI POTEST: Qui nihil proprij habet, sed alterius jurisdictione utitur, ille est idem cum altero (respectu exercendæ jurisdictionis) Atqui is, cui mandata est jurisdictio, nihil proprii habet, sed alterius (Mandantis sc.) Iurisdictione utitur. E. est idem cum altero (Mandante) MAIOR est extra controversiam, nam qui alterius Iurisdictione utitur, ejus nomine administrat illam, & perinde est, ac si is, cujus nomine administra-

ministratur Iurisdictio, eam ipsemet administraret. Paria enim sunt per se facere & per alium *c.72. de Reg. Iur. in 6. l.56. l.64. ff. de solution. l.152. §.1. ff. de R. Iur.* MINOR probatur ex *l.1. §. qui mandatam 1. ff. de offic. eius, cui mand.* PORRO: Quicunque est idem cum altero, ab illo ad alterū non provocatur. At is, cui mandata est jurisdictio, est idem cum altero (mandante scil.) E. ab illo cui mandata est jurisdictio ad alterum (mandantem) non provocatur. MINOR jam tum est probata; MAIOR verò axiomate illo infallibili suffulcitur, quod appellatio nunquam ad eundem fieri possit. Syllog. 2

XIX. SED HOC IN IVDICE DATO sive Pedaneo, quē vulgo Commissarium & nonnulli quoq; delegatum vocant, NON ITA OBTINET, quia ab eo rectè ad dantē vel committentem appellatur. *l.1. princ. l. fin. ff. quis à quo appell. l.32. §.3. C. de Appell.* Gail. *1. obs. 121. num. 2. & ib.* Græv. *conclus. ead. consid. 1.* Covarruv. *pract. quest. 4. n. 8.* ratio hæc est, quia Iudex talis non jurisdictionem, sed judicandi solummodo potestatem habet: NAM qui non potest Iudicem dare, ille non habet Iurisdictionem, atqui Iudex datus, sive pedaneus, (quem uti dixi, & delegatum Iure Civili vocant) non potest, nisi à principe datus sit, alium judicem dare, E. nec habet jurisdictionem. MAIOR evidentissima est *ex l.3. ff. de Iurisdict.* vid. Dn. Præsid. *ad VVesenb. ibi num. 7.* Add. *l. 12. §. 1. ff. de Iudic.* & Dd. *commun.* MINOR probatur ex *l. A Iudice 5. C. eod.*

Limitatio in Iudice dato sive Pedaneo.

Syllog.

XX. Fallit (9) ubi extat consuetudo in contrarium, consuetudo enim potest devolvere appellationem ad alium, quàm quo suo jure, cursuque tendat. *c. Romana 3. §. Debet. X. de appellat. in 6.* Mynsf. *cent. 1. obs. 67.* Marant. *part. 6. de appellat. n. 374.* Herm. Vultei. *Iurispr. Roman. lib. 2. cap. 33. §. Propria appellationis.* Hinc nonnullæ civitates prætereunt curias Dominorum, quibus homogio obstrictæ sunt, e. g. Hamburgum, Hervordia, Susatum, uti annotavit Thom. Michael. *de Iurisdict. thes. 54. lit. C.* Susatum enim Appellationes ad Cameram in hunc usque diem servavit juxta Victor. *de caus. exempt. Imper. conclus. 36.* Et processus pleni decreti sunt in causa F. contra H. 28 Augusti 1651. Stucke contra

9. Ubi consuetudo obstat.

Exempla.

Husselman / &c. *vid. edit. noviss. Pandect. Camer.* Roding. *lib. 1. c. 20. in fin.*

Hinc Parem judicem non nulli provocant.

XXI. Imò nonnullæ civitates non superiorem, sed parem, cui nulla ratione subjiciuntur, appellant. Sic hodie (1) à Curia Rostochiensi non solùm ad aulam Ducis Megapolitani, sed etiam ad Senatum Lubecensem rectè appellatur. Hilliger. *in Donell. part. 2. lib. 28. cap. 7. lit. A.* (2) Et à Senatu Stralsundensi vel aulam Ducis Pomeraniæ, vel Senatum quoque Lubecensem adpellare liberum est. Stralsund. Erbvertrag *de Anno 1515 art. 5.* Quod & (3) à Civitate VVismariensi usu seu potius pacto obtinere asserit Thom. Michael *d. l.*

Vel potius consulunt.

XXII. Sed cum istiusmodi civitates, ad quas illæ diriguntur appellationes, nec compulsoriales, nec inhibitiones adversus civitatem, à cujus sententia facta est appellatio, decernere, nec suam sententiam exequi possint. *arg. l. 4. ff. de Recept. arbitr.* propriè appellationis nomen non sed nisi abusivè merentur, ac potius vim consultationis aut prorogatæ jurisdictionis habent. Matth. Stephan. *de Iurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 360. & seqq.* Bocer. *c. 3. n. 76. tract. eod.* Nobiliss. D. Præs. *ad VVesenb. tit. de Appellat. n. 6.*

Ex appellatione nō colligitur semper superioritas.

XXIII. Hinc videre licet, quod ex appellationis receptione non semper colligatur superioritas, ut Politici nōnulli statuunt. vid. Reinking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. cl. 2. c. 4. n. 21.* Iust. Sinolt. cognom. Schütze *de Stat. Rei Rom. vol. 1 disput. 6. th. 20. lit. e. & not.* Sed potest appellatio ad alium quam superiorem dirigi, si id, uti dictum, consuetudine vel permissu superioris, cui concessum est appellationem ad se interponendam tollere, sit introductum, vid. Dn. Mævium *ad Ius Lubec. quæst. prælim. 2. num. 12 & mult. seqq.* Confer Hillig. *ad Donell. d. l.* & Consult. Dn. Casp. Klock. *vol. 1. cons. 14.*

10. In superiore conjudice.

XXIV. Fallit (10) quando proximus superior simul cum inferiore judicavit, quia tunc appellatur ad alium superiorem, omisso illo medio conjudice. Bart. *in l. 1. §. si quis, col. fin. ff. de appellat.*

XXV.

XXV. Fallit (11) si Iudex proximus superior esset absens longo impedimento impeditus. Marant. *part. 6. de Appellat. num. 379.* 11. In Iudice absente, & longo impedimēto impedito.

XXVI. Denique fallit (12) In arbitro juris, à quo appellandum ad superiorem judicis recusati, quia arbitri Iuris succedunt in locum judicis recusati, uti notanter dicit Gail. *1. obs. 33. num. 18. quem vide cum allegat. Add. c. ab arbitris 11. X. de offic. delegat. in 6.* Marant. *d. l. num. 376.* qui in Quæst. v. ibi adhuc plures casus habet. Plures quoque congessit Socin, *in suis fallent. Regul. 23.* Adde Felin. Speculat. Abbat. Philipp. & alios *Marante* allegatos. 12. In arbitro Iuris.

XXVII. Dixi supra, quod appellatio regulariter debeat gradatim ad proximè superiorē fieri. & hinc (1) appellationem fieri non posse ad eundem, qui sententiam dixit & gravavit, *arg. l. 13. §. 4 ff. ad SC. Trebell.* nam ille suam sententiam retractare non potest, cum sit functus, quoad hanc causam, judicis officio. *l. 55. ff. de Re ind.* nec facile corrigeret & mutaret sententiam, & si faceret, argueret se temeritatis & imperitiæ in priori sententia commissæ, (2) Nec ad parem *per Novell. 23. c. 4.* cum par in parem non habeat imperium *l. 4. ff. de recept. arbitr.* Ideo frustraneum esset, si quis ita appellaret, & par paris sententiam corrigeret. (vide tamen, quod ad *fallent. 9.* dictum fuit) Multò minus (3) à superiori ad inferiorem *arg. l. 1. §. 3. ff. hic.* Vid. Reinking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. clas. 5. cap. 9. num. 41. & aliquot seqq.* & Dd. passim.

XXVIII. Hinc QVÆSTIO incidit. Si quis errore ductus judicem appellaverit incompetentē, & fatalia sint elapsa? Resp. Quod error ei non noceat, modo provocaverit majorem judicē *d. l. 1. §. 3. & ibi* Gothofr. *l. 21. ff. hic.* Bocer. *class. 6. disp. 34. thes. 68. & 69.* Maximè cum proximior judex vel dubius, vel omninò incertus sit, quo casu putant sufficere pragmatici, si in genere ad quemvis superiorem, quisquis etiam ille sit, appellatio dirigatur. Iuhg. Berlich *part. 1. conclus. 50. num 67. & seqq.* cum periculo non sit, quod intra legitimum provocationis tempus Iudex Appellationis nominatim designatus vel expressus non sit, Quæst. 4. Si ex errore Iudex incompetens appellatus sit.

uti statuit cum Bocero & Berlich. *dd. ll.* Rennem. *Iurispr. Rom. Germ. memb. 4. disput. 47. thes. 18. & disput. 48. thes. 14.*

Quæst. 2. Si utraque pars appellet ad diversos Iudices, ubi agendum. XXIX. Alia sanè elegans & practica QVÆSTIO est: Si utraque pars ad diversos tamen Iudices fortè concurrentem jurisdictionem habentes appellet, coram quo judice causa agenda sit? Respond. Præventioni locum esse, ut vincat scil. is, qui primus processus extrahit, & insinuari curat, ita ut pars adversa eo modo præventa comparere, & causam ibi agere teneatur, propter hanc rationem, quod legitimè citatus non possit judicium sibi competens ullo modo declinare: fundatur *in c. proposuisti 19. X. de for. compet. & iis, quæ ibi docent. Dd. & CC.* Et sic in causa quadam obtinuisse scio, ita ut Dn. Abbas Cœnobii S. Michaëlis Hildesiæ ad Cancellariam; Zacharias Bergman verò ad Dicasterium seu Iudicium Provinciale ibidem appellaverit, causa verò ex capite præventionis ad Cancellariam remissa & ibi ventilata fuerit, per Verba Decreti: Jn Sachen Zacharias Bergman appellanten am einem / entgegen vnd wieder Herrn Abten des Klosters S. Michaelis hieselbst appellaten am andern Theil / ist allem vorbringen nach zurecht erkant / das zwar die eingeführete appellatio jhrer formalien halber richtig / so viel aber die materialia betrifft / weil Herr Appellat für appellanten an die Fürstl. Cantzley alhie appelliret / auch zuerst processus außbracht / beide appellationes auch eine solche continentiam haben / das eine ohne die andere nicht kan außgeführet oder entschieden werden / daß derowegen diese Sache zugesambter außführung an wolgedachte Fürstl. Cantzley zuverweisen sey / wie dan dieselbe dahin hiemit verwiesen wird / die hierunter uffgewante Vnkosten aus bewegenden Vhrsachen gegen einander compensirent vnd vergleichent. V. R. W.

Publicatum in Iudicio Hildesheimb, den 22 Martij 1658.

CAPVT V.

A quibus causis & sententiis appellari potest, vel non.

THESIS I.

SEquitur materia Appellationis. CAVSÆ hîc VEL SVNT civiles VEL criminales VEL spirituales, &c. SENTENTIÆ verò

sunt:

ſſunt VEL judiciales, VEL extrajudiciales, ILLÆ vel interlocutoriæ, vel definitivæ, vel mixtæ; HÆ ſunt decreta extrajudicialia, quibus quoque actus omnes extrajudiciales à judice vel parte cum gravamine præſenti vel futuro extra judicium exercitos annumeramus. uid. Gail. *1. obſ. 120. per tot.* Rennem. *d. membr. 4. diſp. 47. th. 43.*

II. Vt igitur à quovis judice, (uti *cap. 3. th. 1.* dictum) ſic quoque A QVAVIS CAVSA & quovis gravamine (præſertim jure canonico vid. *th. 37. 38. & 39. hic*) APPELLARE LICET. *l. Et in majoribus 20. C. hic.* NISI à quibus prohibitum eſt. Ab omni causâ appellare licet.

III. Primo autem A MINIMIS cauſis non facilè admittitur appellatio. Bachov. *ad Treutl. diſput de Apppellat. th. 5. lit. A.* (vid. tamen *§. Et ideo, Inſtit de Appellat.*) Minimæ autem ſunt, ubi ſumma appellabilis ſumptibus veroſimiliter proterit eſſe minor. Sed hoc rectius arbitrio judicis committitur. Scacc. *de Appellat. quæſt. 17. limit. 40.* Dn. Brunnem. *proceſſ. civil. cap. 28. num. 22.* Excipiuntur (1) cauſæ exigui pretii.

IV. Limitatur (2) IN CAVSIS INFRA LEGITIMAM SVMMAM cujuſcunq; loci conſtitutis. Quæ ſumma OLIM IN CAMERA fuit ſaltim 50. floren. Rhen. Ordin. Cam. *part. 2. tit. 28. §.* vnd ſonderlich. Sed poſtea Receſſ. Imper Spirens. *de An. 1570. §.* Als wir dan ad 150. florenos extenſa & rurſus in Receſſ. Deput. *de Anno 1600. §.* wiewol nun auch ad 300 floren. aucta. Quid HODIE obtineat circa ſummam appellabilem, *in altero membro* videbimus. 2. Infra legitimã ſummam conſtitutæ. Vel in Camera.

V. Sed TRIA ſunt ſecundum æſtimationem ſummæ in Camera litigatoribus conſtitutæ probe notanda. (1) quod EXCIPIANTVR cauſæ honoris ſive injuriarum, (ubi ad reclamationẽ vel æſtimationem agitur,) Iuriſdictionis, cenſuum perpetuorum, ſervitutum, Retractus, & ſimilium Iurium, in quibus, non attentâ appellationis ſummâ, appellatio conceditur. Ord Cam. *d. part. 2. tit. 28. §.* vnd ſonderlich 4. ReichsAbſcheid zu Speyr *de Anno 1570. §.* was aber unablößlich. Deputat. Tag zu Speyr *de Anno 1660. §.* wiewol nun auch *in fin.* Gail. *1. obſ. 123. num. 4 5. & 6.* (2) Si contentio ſit inter partes litigantes, an ſumma appellabilis ſit, nec ne, & de qualitate ſortis judici inferiori vel cameræ non (Exceptiones.)

constet, Iudex inferior appellationi non deferre, nec Camera eam recipere tenetur, NISI appellans jurato asserat, æquiore se animo tanta pecunia cariturum, quam destiturum de lite. Ordin. Cam. *part. 2. tit. 28.* §. vnd sonderlich setzen *3. verb.* vnd wo ein zweiffel. Denais. *Iur. Camer. verb. Appellationis summa §. 4.* quod juramentum quoq in hæredem provocantis transit. Mynf. *cent. 4. obs. 40.* (3) quod appellatione licet propter summam non appellabilem remotâ, nihilominus tamen querela nullitatis principaliter in judicium deducta, (non vero incidenter cum appellatione proposita, id quod docet Mynf. *cen. 2. obs. 77.*) absque inhibitione tamen locum habeat secundum Gaïl. *1. obs. 135. num. 2. 3. & seqq.* Mynf. *d. l. & cent. 5. obs. 91.* Add. Vant. *de nullitat. Sentent. tit. quot & quib. mod. num. 10.* Quod quoque extenditur ad Revisionem actorum, cùm nec illa tollatur, appellatione remotâ. Gail. *d. l. n. 13.* Verum NEGATIVAM utpote veriorem esse statuo, propter Recess. Imper. 1570. *§.* Ebener massen / & Recess. Imper. 1654. *§.* zu Abkürtzung 121. uti infra. *cap. 9. th 20.* & memb. *2. cap. 6. thes. 1.* pluribus demonstrabo.

(Appellatione remota querela nullitatis superest.)

(& Revisio ubi tamen summa appellabilis & Revisibilis consideranda est contra Gail. &c.)

VI. Multi verò Status Imperii PRIVILEGIUM SUPER MAIORI SUMMA impetrarunt, infra quam ad Cameram non appellare licet. de quibus VVehner. *Præjud. Camer. c. 1.* & Auctor. *Pandect. Cameral.* Roding. *lib. 1. cap. 20. pag. m. 273. usque ad fin. cap.*

Vel in Iudiciis inferioribus statuum Imperii, qui ex privilegio majorem summum impetrarunt.

VII. Vnicũ exemplũ ut saltim proferam: Seren. Duces Brunsvic. & Luneb. privilegium de non appellendo intra 300. floren. aur. à Ferdinand. I. Imper. *Anno 1562.* ipsis concessum, & usque ad 800. floren. aur. inclusivè *in Anno 1597.* à Rudolph. II. Imper. extensum, primum *in Anno 1638.* à Potentissimo Imper. Rom. Germ. Ferdinand. III. inclytæ memoriæ ad 1000. postea ad 2000. floren. aur. Rhenens. *Anno 1648. die 24. Novembr.* auctum impetrarunt. Verba privileg. Meinen / setzen vnd wollen / das nun hinführo in Ewigkeit niemandt / was würdens / stand oder wesens der sey / von keinem Bey: oder Endlichen Vrtheilen / Erkentnissen oder Decreten / so in Jhrer Ld. Ld. vnd dero Nachkommen Hertzogen zu Brunßwyg vnd Lüneburg / Rahtstuben oder Hoffgericht desselbigen Fürstenthumbs / Brunßwyg Lüneburg Zellisch. Wulffenbüttelisch. vnd

Exemplũ à Ducibus Brunsv. & Luneb.

à Quibus intra summã 2000. flor. Rhen. non appellatur.

vnd Calenbergischen Theils / vnd deren einverleibten Landen außge-sprochen / vnd eröffnet worden / in Sachen / da die Klag vnd Haupt-sache. (quod notandum) wenn sie gerichtlich eingeführet wird/nicht über 2000 **Goltgülden** Hauptsumma / (je neun Goldtgülden zu zehen Reichsthalern gerechnet) sondern darunter werth wehre/&c. weder an unsern / noch unserer Nachkommen am Reich / Kayser. vnd Königlichen Hoffraht / noch Cammergericht im Heil. Reich **nicht** appelli**ren** / supplici**ren noch** reduci**ren solle noch möge.** &c.

VIII. Quod ibi quoque ad causas injuriarum civiliter ad æstimationem institutas, (nam de criminalibus & debitis liquidis & confessatis omnino non appellatur)& dictam summam 2000 floren. in auro non excedentes extenditur. Verb. Deßgleichen **auch in allen vnd jeden Schuldsachen/aldar das** debitum **bekandlich** / oder sonsten scheinbahr / liquidum vnd richtig / **ob gleich solche Schuldt weit ein mehres** / als die angeregte privilegirte Summa der 2000 Goltgülden antreffe vnd **dan in den injurien** / Handelungen / in welchen die Verleumbdunge / Frevel / Schmach vnd Scheltwort halben **bürgerlich** (sintemahl in den jenigen Injurien welche criminal sein / es ohne das richtige masse hat / vnd von denselben vermöge der Rechten nicht appelliret werden kan) ad æstimationem geklaget würde / **vnd die billige** æstimation **die obbestimbte 2000 gfl. nicht übertreffe** / weder an unsern &c.

Extenditur ad causas injuriarũ civiles dictam summam non excedentes.

A criminalibus causis injuriarum, & debitis liquidis plane non appellatur.

IX. Porrò appellans à legitimâ summâ tenetur antequam in prædictis casibus appelationi deferatur, Iuramentum Calumniæ, & cautionem de expensis in casum succumbentiæ refundendis in priori instantia præstare. Verb. privileg. Da auch gleich die Hauptsache über 2000 gfl. werth wehre / so solle doch einem **jeden** Appellan**ten** zuvor / vnd ehe seiner Appellation deferiret / aufferleget werden **der Eydt** Calumniæ, oder für gefehrde / vor dem Richter vöriger Instantz zu schweren / das er glaube eine rechtfertige Sache zuhaben / vnd nicht appellire in Gemüht vnd Meinung / die Sache durch seine Appellation auffzuhalten / sondern

Appellans tenetur juramentum Calumniæ & cautionẽ præstare.

in Hoffnung vnd zuversicht/ besser Recht zuerlangen / als die in erster vnd anderer Instantz gesprochene Vrtheil mit sich bringen thäte / vnd dan auch solcher Appellant **schuldig sein** caution **vnd versicherung zuthun**/vnd er der Appellation fällig erkandt würde/ dem Appellaten seine auffgelauffene expensen vnd Vnkosten zu refundiren.

Temerarius appellator contra hoc privilegiũ in pœnam 100. Marcarum auri incidit.

X. Qui verò temere adversus hoc privilegium Cæsareum appellat, mulctatur gravi & certa pœna 100. marcarum auri puri, verb. privil. in fin. Alß lieb einem jeden sey unser vnd des Reichs schwere Vngnad vnd Straffe / vnd darzu eine pœn nemblich **ein hundert Marck lötiges Goldes** zuvermeiden.

Gaudent & Privilegio Electionis fori in omnibus causis.

XI. Hi quoq; Illustr. Duces eodem anno & die à Cæsar. Majestate Privilegium Electionis fori obtinuerunt, ut rei conventi sive per modum simplicis querelæ, sive Mandatorum, sive Appellationis, sive Nullitatis, sive commissionis &c. salvo tamen jure Austregarum, Electionem fori (i.e. vel coram judicio aulico Cæsareo, vel Camerâ Imperiali se sistendi potestatem) intra duos à tempore requisitionis partis convenientis numerandos menses habeant, coram quo horum judicio conveniri velint,

Exceptis causis feudalibus.

EXCEPTIS solummodo feudalibus causis & quidem Regalibus. (Fahnlehn) verb. privileg. von diesem unsern ertheilten privilegio Electionis fori sollen durchaus keine Sachen als **allein die Fahnlehn** exempt vnd außgezogen / sondern alle übrige ohn unterscheid darunter begriffen sein. & paulo post. Jedoch soll hiedurch denen Iudiciis Austregarum oder privilegijs primæ Instantiæ nichts benommen / sondern selbige mehrbesagten Hertzogen gleich andern Ständen unverkümmert vorbehalten sein &c. Si autem hoc tempus fatale bimestre neglexerint, beneficium hoc Electionis quoad illam causam amittunt. Qui verò convenientium huic privilegio contravenire sibi animum induxerit, mulctatur 50. marcarum auri puri. verb. Als lieb einem jeden sey unser vnd des Reichs schwere Vngnade zuvermeiden / **alles bey Poen funffzig Marck lötiges Goldes** halb unserm Käyserl. Fisco, vnd halb den besagten Hertzogen unnachlessig zubezahlen.

Contraveniens privilegio mulctatur 50. marc. aur. pur.

XII. In

XII. Vt in ordine pergamus, limitatur (3) IN CAVSIS SPIRITVALIBVS, utpote matrimonialibus & similibus, à quibus ad Cameram appellare non licet. Recess. Imper Spirens. *de An. 1570. §.* Wan auch der Käyserlichen Gail. *1. obs. 12. in fin.* ubi causas matrimoniales ad Cameram non pertinere ait, & meminit talem Appellationem in Camera non admissam fuisse.

3. Causæ Spirituales ut Matrimonii.

XIII. Sed hoc intelligendum est, ubi de juribus & viribus matrimonii principaliter quæstio est, SECVS SI RATIONE NVLLITATIS causa spiritualis ad Cameram devolvatur, VEL si tertii forte ad effectum legitimationis & successionis de matrimonio disceptent, VEL de competentia Iudicis, alendo partu, aut puellæ sequestratione quæstio sit, in quibus casibus Camera cognoscit. Aut. *Pandect. Camer.* Roding. *lib. 1. tit. 31. §. 4. in not.*

(Limitatio.)

XIV. AD superiora tamen CONSISTORIA vel Iudices Ecclesiasticos autoritate majores *c. placuit 2. quæst. 6. c. Presbyteri 11. quæst. 3.* AVT ad Dominum territorii velut supremum Iurisdictionis Ecclesiasticæ Præsidem in causis Ecclesiasticis recte appellatur. *c. si inter. 6. qu. 4. verb. & si non acquiescat utraque pars judicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, & quod Ecclesiasticis canonibus & legibus vestris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars calculo ejus valeat contradicere.* Concordat fere *Novell. 123. cap. 21.* Confer. Althus. *3. Dicæol. cap. 55. num. 28.* ubi de causis matrimonialibus differit, Renneman. *d. t. membr. 4. disput. 47. thes. 33.*

(Ad superiora consistoria tamen appellatur, aut ad Dominum territorii.)

XV. Limitatur & sic (4) IN CAVSIS DECIMARVM, à quibus in judicio petitorio ad Cameram non appellatur, quia decimæ sunt res spirituales. SECVS est in judicio possessorio, quia possessoriū in rebus spiritualibus nō est spirituale sed temporale, & quæritur tantum super facto, an possideat; in petitorio vero quæritur super jure, an debeantur decimæ, ideo ad forum Ecclesiasticum spectant. Vid Gail *1. obs. 38. n. 1. 2. 3. & seqq.* Mynf. *cent. 5. obs. 10.* ubi videtur distinguere, an (forte super judicis incompetentia) exceptum sit, vel non: quod HOC CASV appellatio recipiatur, potissimum si inter mere Laicos quæstio sit; ILLO vero non.

4. Decimarum.

XVI.

XVI. Puto equidem juri & naturæ consentaneum esse, quamvis regulariter decimæ & causæ spirituales, maximè cum quæstio est de jure & proprietate, ad forum quoque spirituale pertineant. *clem. dispendiosam 2. de Iudic. c. literas X. de Iuram. calumn.* & Gail. *d. l.* Attamen eæ in certis casibus ad secularem quoque magistratum spectant, puta: si jam effectæ sunt juris Laici, ac ubi vel uterque vel reus tantùm Laicus est. Item in contractibus decimarum temporariis scilicet, ubi fructus tantum decimarum ad tempus venditi & locati sunt, vel etiam in casu solutorum fructuum vel non, & sicuti dixi, in merè possessoriis, ubi nuda facti quæstio, & nihil proprietatis admixtum est. per text. singul. *in c. fin. X. de Iudic.* vid. hic Ioh. Werndle vom Zehendtrecht *lib 4. c. 6.*

5. Et Iuris Patronatus.

XVII. Idem (5) DE IVRE PATRONATVS, quod non purum spirituale, sed spiritualitati annexum seu mixtum est, statuendum arbitror. vid. Gail. *d. l. num. 6. usque ad fin.* & Consultiss. Dn. D. Henric. Binnium P. P. & Præceptorem meum olim fidelissimum *disp. sua inaugur. de Iure Patron. Ecclesiast. thes. 149. 150. 151. & 152.*

6. Causæ Criminales tam in Camerâ.

XIIX. Limitatur (6) IN CAVSIS CRIMINALIBVS vel capitalibus, ubi pœna corporis afflictiva tenet. Als Peinlichen Sachen / die an Haut vnd Haar gehen / oder Leib vnd Lebensstraffe auff sich tragen. Vid. Matth Stephan. *in proem. const. crimin. Carol. num 13. 14. 15. & 16.* adeo ut neque per viam simplicis querelæ, Rutg. Rüland. *p. 1. l. 2. c. 3. n. 2. & seq.* neque per appellationem in Camera recipiantur. Recess. Imper. August. *de anno 1530. §. Item* Als jetzt etliche zeit hero. Ordin. Cam. *part. 2. tit. 28. §. Item* nach dem 5. Gail. *1. obs. 1. n. 27.* Myns. *cent. 4. obs. 41.* & Dn. Caspar. Klock. *relat. 125. per tot.*

(Ampliatur,)

XIX. Quod AMPLIATVR, ut ne quidem in puncto expensarum causæ criminalis (quas fortè una cum omni damno & interesse passæ injuriæ injustè accusatus & absolutus reus à suo accusatore coram ipsius ordinario, seu quod teste Gail. *1. obs. 32.* propter continentiam causæ expeditus est, coram capitali eodem judice, reconveniendo agens, sibi restitui petit) accusatori

tori in expensas & alia condemnato ad Cameram, vel (ratione ordinis) ad proximè superiorem appellare liceat Constit Crim. Carol *art.12 verb.* vnd die Vrtheil ohne weitere Appellation vnd suchung vollenzogen werden. Add. Matth. Stephan. *in Commentar. ibid. num. 5.*

Fallit 1. In nullitatis processu. Quoad accusatum. Non verò quoad accusantem. Nisi &c.

XX. Sed hoc LIMITATVR & fallit (1) in querela nullitatis principaliter in judicum deductâ. quando judex criminalis im̃ediatè Imperio subjectus contra accusatum absentem, non legitimè citatum vel captivum, inauditum & indefensum & sic nulliter procedit, *expr. verb.* ord. Cam. Sein unerfodert/ vnd unverhört vnd also nichtlich oder sonst wiedernatürlich gehandelt vnd geurtheilet/vnd derhalben principaliter auff die nullitet umb Proceß ansuchen würde/ so fern dan der Richter/ des Handlung sich die Parthey obberührter massen beklagt / dem Cammergericht ohne Mittel unterworffen/ soll alßdan &c. Add. Gail. *d. l.* & Mynſ. *cent. 4. obſ. 42.* ubi dicit locum habere in accusato vel inquisito, non etiam in accusatore prætexente, accusatum nulliter absolutum fuisse. NISI forte ipsi ex processu vel sententia immineret pœna talionis & corporalis, quo casu eadem ratio foret, E. & idem jus.

2. Si tertius appellaret ratione suæ jurisdictionis.

XXI. Fallit (2) Si tertius interveniens fortè ratione jurisdictionis suæ appellaret. Glym. *præjud. Camer. verb. appellare à quibus causis &c.* ratio hæc est, quia tunc non est quæstio de ipso crimine, sed de jurisdictione, seu jure appellantis ab hoc diverso.

3. Vbi de incompetentia quæstio est.

XXII. Fallit (3) si non principaliter de crimine, sed de competentia judicis disputetur.

4. Si dubitetur de causa criminali.

XXIII. Fallit (4) si dubitatur, an causa sit criminalis.

5. In pœna pecuniaria in locum pœnæ corporalis nõ succedente.

XIV. Fallit (5) si appelletur à mulcta, quæ in locum pœnæ corporalis (ex commiseratione judicis forte per gratiam facta) non successit, modo summa appellabilis sit. Mynſ. *d cent. 4. obſ. 41. n. 4. ubi præjudicium Camerale allegat,* Add. Auctor *Pandect. Cameral.* Roding. *lib. 1. tit. 31. §. 1. & 2.*

6. In causis, fractæ pac. publ.

XXV. Fallit (6) in causis fractæ pacis publicæ. Ord. Cam. *part. 2. tit. 9. §.* So jemandts *2. & seqq.*

7. In restitutione ex officio ratione fractæ pacis. XXVI. Fallit (7) in restitutionibus ex officio in puncto fractæ pacis.

8. In delictis Fiscalibus. XXVII. Fallit & (8) in Delictis Fiscalibus §. *pen.* wir wollen auch *d. Ord. Cam.*

9 In criminalibus personarum cameralium. XXVIII. Denique fallit (9) Si crimen intentetur personæ Camerali, super quo Camerale judicium cognoscit, & deinde Civitati Spirensi, quæ salim nudum habet ministerium, executioni demandat d. Ord Cam. *par. 1. tit. 50.* § weiter so auch *fin.* Thom. Michael. *de Iurisdict. conclus. 74. in fin.* vid. Spreng. *Synops. jur. publ. cap. 3. pag. m. 80.*

XXIX. Quod autem dixi, in causis criminalibus regulariter ad Cameram appellari non posse, hoc rectissimè EXTENDITUR ad omnia ferè inferiora judicia Germaniæ, ubi quoque Appellationes in criminalibus per inveteratam consuetudinem admitti non solent. Testante ordin. Cam. *d part 2. tit. 28. §. 5.* verb. Item nach demauch dem alten herbrachten gebrauch zuwieder / das in peinlichen Sachen Appellation zugelassen werden sollen &c. Ita ut quilibet nobilis vel præfectus ein Edel: oder Ambtman vel quivis judex alius modo altam jurisdictionē habens, liberam in criminalibus manum habeat, justitiam, non attentā ullâ appellatione, pro gravitate delicti exercere, dummodo potestate suâ non abutatur, sed in tali re arduâ, veritatem investigando, delinquentium verba ipsissima, quoad fieri potest, non æquipollentia conscribendo, relationem desuper fideliter exceptam una cum actis completis ad Collegium aliquod Iuridicū transmittendo cautus agat, & legitimè, ut convenit, secundum stylùm processus progrediatur. Brevitatis studio remitto cupidum lectorem ad processum inquisitoriū, aureum sane librum Clariss. D. Iohann. Brunnem. *cap. 8. memb. 1. 2. 3. 4. & 5.* ubi de forma Inquisitionis specialis satis perspicuè & methodice tractat.

Quàm in inferioribus Iudiciis.

Sed Iure Commun. appell in criminal. licitæ. XXX. Sed hæc omnia Iure Camerali & Consuetudinario ita obtinent, siquidem IVRE COMMVNI ETIAM IN CRIMINALIBVS APPELLATIONES PERMISSÆ SVNT. *l. 6. & 16. ff. de Appellat. l. 6. § 3. l. 12. 14. 26. 29. & 30. C. eod. l. 6. in fin. C. de Episcop.*

audi-

audient. EXCEPTIS quibusdam criminibus, puta: Læsæ Majesta- (Exceptis nonnullis)
tis, Falsæ monetæ, Raptus virginis, Simoniæ, hæresis, & aliorum, de quibus nec jure Civili, nec Canonico appellari licet, uti supra *cap. 2. thes. ult.* dixi, & ex textibus utriusque juris expressis probat Marant. *d. tract.* sane elegantiss. scripto *part. 6. de Appellat. à num. 294. usque ad num 300.*

XXXI. Limitatur *(7)* IN CAVSIS ET FACTIS NOTORIIS, à quibus non appellatur, expr. text. *in c. cùm sit. 5. in fin. c. 13. & 14. X. de Appell.* NISI inferatur appellationi causa rationabilis. Marant *d. l. num. 293.* 7. Causæ & facta notoria.

XXXII. Limitatur (8) IN CAVSA, VBI DEBITVM non solum publicum, sed etiam privatum evidens, & SVFFICIENTER PROBATVM. *l. 4. C. quor. appellat. non recip.* Dn. Carpzov. *Jurispr. for. part. 1. constit. 20. defin. 13. add. supra c. 2. thes. 16.* 8. Causa debiti liquidi & sufficienter probati.

XXXIII. Limitatur (9) IN CAVSA CONSCIENTIÆ ALICVIVS COMMISSA. De cujus tamen dicti veritate, & num quoque à causa arbitrio judicis commissa appellari possit, vid. Dd. & inter hos Felin. à Marant. *sæpe dict. tract. de appellat. num. 363. & 364. allegatos.* 9. Causæ conscientiæ & arbitrio judicis commissæ remissivè.

XXXIV. Limitatur *(10) IN CAVSA* judici sub clausulâ *(APPELLATIONE REMOTA)* commissa, vid. supr. *cap. 3. th. 9.* Add. Mynſ. *cent. 1. obs. 3.* Marant. *d. part. 6. num. 336. & seqq.* & *c. conquestus 16. X. de for. compet.* Quæ autem clausula tertio appellare pro suo interesse volenti minimè præjudicat *per allegat. Dd.* Junge Gail, *1. obs. 70. num. 12. & obs. 72. num. 5.* 10. Causa sub clausula (appellatione remota) commissa.

XXXV. Limitatur (11) ut appellari non possit, *SI RES DILATIONEM NON RECIPIAT* (1) ne scilicet testamentum aperiatur. (2) ne scriptus heres in processionem mittatur, (3) ne frumentum in usum militum in annonæ subsidia contrahatur. (4) Ne id, quod ex perpetuo edicto vel lege decretum est, fiat vel executioni mandetur e. g. Ne possessio impuberi ex Edicto Carboniano decernatur. Rennem *d. tr. membr. 4. disp. 47. th. 38.* (5) Ne pignus à creditore vendatur *l. fin. ff. de appellat. reci.* & ibi Bart. *l. quisquis. 6. C. eod.* ubi & talis litigiosus appellans, & judex ex ignavâ conniventiâ ei deferens in viginti argenti libras conde- 11. Si res dilationem nō recipiat cujus 6. species recensentur.

minatur, quo pertinet (6) causa sepulturæ, à quâ nec admittenda appellatio, si illa moram non patiatur. Dn Carpzov. *Iurispr. Consistor. lib. 2. tit. 24. defin. 395 per tot.*

Sequuntur sententiæ, à quibus prohibita appellatio.

XXXVI. A causis PROGREDIMUR AD SENTENTIAS, & hæ vel sunt validæ (intellige post rem judicatam, quæ de nigro album, & de albo nigrum facit) vel invalidæ sive ipso jure nullæ. VVesenb. *parat. tit. de Appellat. num. 8.* Vtraque spectatur, quatenus vel definitivè vel interlocutoriè lata sit.

1. Ab interlocutoriâ Iure Civil. nō appellatur

XXXVII. Et primum à Sententia interlocutoria regulariter *IVRE CIVILI* non appellatur *l. 5. vers. ult. & l. 7. C. quor. appellat. non recip. l. 36. C. de Appellat.* *NISI* vim habeat sententiæ definitivæ *l. 39. princ. l. 7. §. 2 in fin. ff. de Minor.* Ordin. Cam. *part. 2. tit. 29 §.* vnd so von Beyurtheilen. 3. *VEL* gravamen contineat ejusmodi, quod per appellationem à definitivâ tolli non queat. *l. 9. ff. qui satisdar. cog. l. 2. ff. de appell. recip.* Ordin. Cam. *d. part. 2. tit. 28. §. Item* Als täglich *fin.* Schvvanman. *Camer. obs. 175. per tot.*

(Limitatur.)

XXXVIII. Si enim talis injuria per interlocutoriam decreta sit, quæ postmodum corrigi nequeat, ut: quia personæ cohæret, PVTA: Si compedes, carceres, vel quæstiones sint indictæ, hoc casu etiam ab interlocutoria (nam tunc certè vim & speciem definitivæ obtinent) rectè appellatur. *l. 2.* ubi Bart. *n. 14.* & Gothofr. qui Duenazium xiv. exceptiones hujus Regulæ proferentem allegat. *ff. de Appellat. recipiend.* vid. quoque Gothofr. *ad l. pen. C. quor appell. non recip. lit. V.* Iung. Reinh. *diff. pen. 23. art. 12. lib. 1.* & Guid. Pap. qui X. recenset.

Secus Iure Canonico.

XXXIX *IVRE AUTEM CANONICO* ab omni interlocutoriâ & quolibet gravamine appellare licet *c. 5. c. 12. X. de Appell. c. 1. & 3. eod. in 6. clem. 3. & 5. eod. §. mutuum. §. cum autem Instit. eod. c. non ita 2. quæst. 6.* Non solum autem à tota sententia, sed etiam certis ejus Capitulis separatis scilicet, & non connexis rectè appellatur. *l. 29. §. 1. de Minor. gloss. in l. final. ad verb. Indicatis C. eod.* IDEM hoc procedit in restitutione in integrum, sed Camera Spirensis hoc casu jus civile sequitur. Gail. *1. obs. 129. num. 1.* Mynf. *cent. 4. obs. 43.* Rosbach. process. Civil. *tit. 73. num. 20.*

Camera sequitur Ius civil.

XL. Vbi

XL. Vbi *notandum Practicis*, quod tùm, si à certis tantum capitulis interlocutoriæ vel definitivæ appellatum fuerit, appellatio interposita communis non sit, & nihil juvet appellatum in reliquis capitulis & membris, à quibus se forsan gravatum existimat. Dn. Carpzov *process. Iur. tit. 17 art. 2. num. 43. & inprimis 45.* ubi Gloss. Felin. Salicet. & alios adducit.

(Quando appellatio nō fit communis,

XLI. Quod autem secus se habet, si à tota sententia sit appellatum, ubi & Appellatus adhærere potest appellationi appellantis. & deducere jura sua antea non deducta perinde ac si ipsemet initio debito tempore appellasset, etiamsi appellans desistat Gail *1. observ. 122 num. 3.* & sententia à qua suspenditur per appellationē tàm quoad appellantem quam quoad appellatum. elegant. Mynf. *cent. 2. obs. 21. & obs. 59.* Add. *cent. 1. obs. 21.*

Et quando fit.)

XLII. Nec appellatur (1) à sententia lata *IN MOMENTANEO POSSESSORIO. l. un. C. si de moment. possess.* ratio VVesenbecii ex communi Dd. opinione (vid. Gail. *1. obs 7 num. 6.* Menoch. *remed. ult. retinend. possess. num. 46.* Clud. *lib. rerum quotid. c. 7. n. 21.*) præcipua hæc est, quia habet formam interlocutoriæ, & injuria per talem sententiam facta in causa proprietatis emendari potest, uti *ex d. l. un. C si de moment. possess fuer. appell.* VVesenbec. *hic n 8.* statuit: quam rationem postea *thes. 52.* examinabimus. Momentaneum etenim dicitur, quia sententia in eo lata non perpetuum, sed momentaneum & reparabile præjudicium affert. Gail *d. lib. 1. obs. 7. num. 6.*

1. A momentaneo possessorio.

XLIII. Causa autem momentaneæ possessionis est judicium spoliationis, in quo agitur de possessione cujuslibet rei, sive vi sive alio modo ablata, aut invasa illicò & sine cunctatione, ita ut nec appellatio id retardare debeat, restituenda ei, cui ablata est. Nobil. Dn. Præs. *in observ. VVesenbec. part. 2. dissert. 14. num 8.* Spoliatus enim ante omnia restituendus est. *t. t. Unde Vi. l. 1. C. ubi de possess. agi oport. l. 7. C. ad L. Iul. de Vi publ. & privat.* Cujac. *obs. lib. 1. cap. 20.* Gail *2. obs. 75. num. 5.*

XLIV. *SED IURE CANONICO* in causa momentaneæ possessionis appellari potest. *c. cum ad Sedem 15. & c. ex conquestione*

Secus Iure Canonico.

ane 10. X. de restitut. spoliat. Emer. à Rosbach. *de Comparat. Iur. Civil. & Canon. part. 1. tit. 21. n. 14.* Conrad. Rittershuſ. *de differ. Iur. Civil. & Canon. lib. 5. c. 25. de Appellat. circ. fin.* cum allegat. Dd.

Nec obſtat cap. 16. X. de for. compet.

XLV. *Nec obſtat*, quicquid in contrarium affert Cujac. ex *c. conqueſtus 16. in fin.* verb. *appellatione remota compellas X. de for. competent.* quia hæc clauſula frequens eſt in reſcriptis, & reſtringenda ad illum ſpecialem caſum, de quo ibi agitur, non vero extendenda ad alios caſus, & quidem contra expreſſos textus Appellationem permittentes. Rittersh. *d. loc.*

3. A poſſeſſorio ſummariiſsimo.

XLVI. A ſententia *ITEM POSSESSORII SVMMARIISSIMI* (3) regulariter non appellatur. Et vocatur ſummariiſſimum, quod eſt de litigioſa poſſeſſione vid. Ord. Cam. *part. 2. tit. 21. §.* ob auch *p. m. 321. & 322.* Rationem primariam, quare à ſententiis momentanei poſſeſſorii & ſummariiſſimi regulariter non appelletur, tradit Dn. Præſes *d. l. n. 8. contra VVeſenb.* hanc eſſe, quod judicium poſſeſſorium extraordinarium, momentaneum & ſummariiſſimum requirat celeritatem & brevitatem, quam admodum impediret appellatio. *d. l. un. C. ſi de moment. poſſeſſ.* & Ord. Cam. *d. l. arg. l. ult. ff. d. appell. recip.* ne quod beneficio celeritatis inventum ſubdatur injuriis tarditatis *l. 22. C. Theodoſ. quor. appell. non recip.*

Ratio.

Ratio 2. & 3.

XLVII. Addi poſſunt duæ aliæ rationes, (1) quia ſententia in his judiciis ſit parui præjudicii, quod in plenario poſſeſſorio facile poſſit reparari. Contard. *1. rat. decid. n. 7.* (2) Quod favore litium abbreviendarum appellatio hîc denegetur ex eo, quod plenius poſſint ſingula retractari in quæſtione ordinarii poſſeſſorij vel proprietatis, idem *ult. rat. decid. n 1.* qui plures rationes profert. Iung. Poſtium *obſ. 106. num. 1. & ſeqq.*

Limitatur. 1. Quando ſententia annexã habet causã proprietatis, aut damnũ irreparabile.

XLIIX. Nonnulli tamen caſus EXCIPIVNTVR, quorum reſpectu ab hac regula diſcedatur, & appellationi locus ſit in ſummariiſmo poſſeſſorio. (1) quando ſententia in hoc judicio lata annexam habet cauſam proprietatis, aut damnum ejuſmodi continet, quod in ordinario poſſeſſorio vel petitorio reparari nequit. Contard. *limit. 1. num. 3. & 4.* vid. exempla elegant.

gant. apud Marant. *d. tr. part 6. de appellat. verf. fecundus actus num. 301* quem Mynf. *cent.6. obf. 13. num. 7.* allegat Iung. Coraf. *in l. Naturaliter §. nihil commune. num. 26. de acquir. poffeff.* Vbi enim damnum eft irreparabile, receditur à regulis juris communis *l. 16. ff. de offic. præfid.*

XLIX. Quandó (2) fecundum ordinem hujus judicii non proceditur, admittendo ea, quæ admitti non debent, & omittendo non omittenda, tunc enim videtur receffum ab extraordinario judicio. Contard: *limit. 18.* 2. Si contra ftylum hujus judicii agatur.

L. Si conftet (3) de evidenti injuftitiâ, & iniquitate fententiæ. Hoc enim cafu nemo unquam læfo denegabit appellationis beneficium. vid. Contard. *ad d. l. un. C. fi de moment. poff. in limit. hujus legis.* Poft. *d. obf. 106 num. 77. & feqq.* Iung. hîc quoque Auctor. *Pandect. Camer.* Roding. *edit. noviff. lib. 1. tit. 31. §. 3. & not. pag. m. 374. 375. 376. & 377.* 3. Si conftet de injuftitia & iniquitate.

LI. Obiter addo, quod eodem modo *nec fupplicatio, nec revifio, nec reftitutio in integrum* regulariter hîc locum habeant, fed urgentibus demum evidentiffimis caufis admittantur. vid. Clud *d. tract. rer. quotid. c. 7. num. 121. 126. 130. 131.* Ampliatur in fupplicatione, Revifione & Reftitutione in integrum.

LII. Supra *thef. 42.* in medio examinandum reliqui: An fententia in Momentaneo & fummariisfimo poffefforio fit interlocutoria? *VVefenb.* affirmat, *Bachov.* ulterius progrediendo addit, quod nulla fententia poffeffotii (five plenarij, feu ordinarii, five extraordinarii) fit definitiva, fed indiftinctè & per univerfum habeatur pro interlocutoria, quatenus cenfetur quafi connexa caufa petitoria, ut fcilicet poft expeditam caufam poffefforii mox agatur de petitorio, atque ita omnis proprietatis caufa relinquatur integra. *Diffentit* Dn. Carpzov. *lib. 1. Refponf. tit. 2. refp. 12.* dicendo: Sententiam extraordinarij poffefforii nullatenus effe interlocutoriam, fed definitivam, quod controverfiam temporariæ poffeffionis definiat & decidat. Quæft. An fententia poffefforii extraordinarii fit interlocutoria? Wefeb Aff. Bachov. quoque cũ extenfione. Carpzov. negat.

LIII Sed videtur *diftinguendum*: AN fummariisfimum five extraordinarium poffefforium per fe & principaliter intentetur, antequam poffefforium ordinarium inchoatur; AN vero prin- Diftingu.

principali negotio jam instituto. *Hoc casu* quando ex possessorio ordinario vel petitorio emergit, interlocutoria est; non item altero & *priori casu*, ubi revera definitiva est.

Quid sit sententia Interlocutoria.

LIV. Est enim interlocutoria sententia, quæ inter principium & finem causæ super aliquo incidenti & emergenti profertur. Quî vero dici potest, eam ferri super incidente & emergente, cum hîc nullum incidens, & aliàs incidens & emergens sit illud, quod non per se & principaliter in judicium venit, sed per sive propter aliud, videlicet causam principalem, quæ principaliter in judicium est deducta? Porrò quî dici potest eam ferri inter principium & finem causæ, nulla alia in judicium deducta. Et licet lata in possessorio sententia post se aliam expectet, & sic causa relinquatur integra, hoc tamen fit, non nisi in alio judicio demum instituendo: nam vera interlocutoria alias relinquit sententiam aliam scil. definitivam & quidem in eadem instantia, & judicio jam instituto. Testante Nobiliss. Dn. Præside *ad VVesenb. d. l. n. 8.* Græværus *ad Gail. conclus. 7. consid. 1. num. 2.* alia utitur distinctione.

3. Sententia Arbitri. 4. ab executione.

LV. Nec appellatur (3) A SENTENTIA ARBITRI seu judicis compromissarii & (4) AB EXECUTIONE sententiæ. Sed de his supra *cap. 3. thes. 10. 11. & 14.* actum fuit.

5. A sentẽtia Iuramento decisa.

LVI. Nec appellatur (5) A SENTENTIIS seu causis JURAMEMTO delato à parte adversa DECISIS *l. 12. §. 3. C. de Iurejur. arg. l. 2. ff. de jurisdict. junct. l. 1. §. 3. ff à quib. appell. non licet.* Hillig *in* Donell. *enucl. part. 2. lib. 28. c. 6. lit. KK.* Add. Schotan. *exam. jurid. tit. de appellat recipiend. vel non.* Ex eadem ratione non appellatur, si forte relatum sit juramentum adversario. Nobilis Dn. Præs. *ad VVesenb. tit. de Iurejur. num. 12.*

Limitatur in juramẽto necessario. & in litem.

LVII. *Quod tamen* in juramento necessario non obtinet ubi non solum à delatione, sed etiam præstatione juramenti benè appellari possit; vid. Mynf. *cent. 1. obs. 39.* An autem à præstito juramento in litem appellari possit, vid. apud Marant. *part. 6. de appellat. n. 350.* ubi *negat*, & Iasonem distinguentem inter Ius Civile & Canonicum adducit.

6. A sententia alimen.

LVIII. Nec (6) A SENTENTIA PRO ALIMENTIS seu ex ultima voluntate seu ex lege debitis lata admittitur appellatio,

latio, sc. quoad effectum suspensivum. Devolvitur quidem causa totum ad superiorem, interim judex à quo sententiam suam ex condemnati bonis rectè exequitur, maximè si res dilationem non recipiat. *per l. fin. de appellat. recipiend. l. 27. §. 3. ff. de inoffic. testam.* Bald. *in l. 1. C. de SS. Eccles.* Socin. *in Fallent. Regul. 40. vers. 21.* Matth. de Afflict. *decis. 152. num. 3.* Pontan. *c. 9. n. 3. & seq.* Add. Coler. *de aliment. lib. 3. cap. 15. num. 1.* Scacc. de Appellat. *quæst. 17. limit. 7. num. 1.*

LIX. Huc ex pari ratione (7) pertinent SENTENTIÆ STUDIORUM CAUSA, & (8) in favorem PETENTIS MERCEDEM alere se nequeuntis latæ *arg. l. fin. ff. de appellat. recip.* uti ex Petro Gregor. *de Appell.* Matth Stephan. *de jurisdict.* Rebuffo *de sent. provis.* & Gratiano *disc. for.* non incommode subnectit Spreng. *Synops. jur. publ. cap. 3. pag. m. 81.* 7. A sententia pro studiis, 8. & pro mercede lata,

LX. Nec appellatur (9) A SENTENTIA SORTIS vel fortunæ, si forte aliqua divisio judicio sortis facta sit. Bald. *in l. fin. princ. C. commun. de legat.* quia fortuna in hoc mundo non habet superiorem, & ejus Dux est Deus, secundum Senecam. vid. Schneidevv. *ad Instit. tit. de legat. §. optionis legatum. num. 4. & tit. de Action. §. quædam actiones in action. Famil. hercisc. num. 66.* NISI magna admodum fuerit læsio, quo casu peti potest, ut in melius reformetur, ut putat post Nicol. Eberhard. *in process. c. 34. tit. à quibus appellar. non lic. §. à Sententia sortis.* Sprenger. *synops. jur. publ. d. l.* *NEC POTEST PETI* restitutio in integrum adversus judicium sortis, quod vulgo dicitur per loscas. uti post Bald. *in l. ait prætor. §. fin. ff. de minor.* tenet Marant. *sep. d. tract. part. 6. de appellat. num. 258* 9. A sententia sortis, Limitatur. Ampliatur.

LXI. Nunc videndum: An à Confirmatoria primæ sententiæ appellari possit? Ante responsionem præmittendum duco, confirmatoriam duplici sensu accipi. (1) ut sit illa, quæ subsequitur eam, quæ transivit in rem judicatam, quanive adversarius, non adhibito remedio suspensivo, ita impugnat, ut judex confirmatoriam ferre necesse habeat. Autor *Præjud. camer. in verb. Appellatio à sententia. fol. 28. vers. à confirmatoria &c.* verbis: *maximè quando narratur à prima sententia appel-* 10. A confirmatoria remissivè.

 latum

latum non fuisse &c. vel (2) est illa, quæ super deserta appellatione pronunciatur, ubi quidem appellatio interposita, sed postea deserta facta est. Gail. *1. obs. 138.* Mynſ. *cent. 3. obſ 36.* Hiſce præmiſſis, RESPONDEO, quod *ſenſu priori* à confirmatoria nullo modo appellari posſit, cùm conſtet à prima ſententia non appellatum, & hinc parti jus quæſitum eſſe *l. 56. ff. de Re judic. l. 1.* ubi Dd. Bart. & Bald *ibid. n. 4. C. quando provoc. non eſt neceſſ.* Autor. *Præjud. Camer. d. loc. & in verb. ſententia fol. 312 ibi: à ſententia* ubi præjudicia Cameral. allegat. Add. Dn. Clezelium ab Altenach. *tract. elegant. de Appellat. cap. 3. num 60. Poſteriori ſenſu* à confirmatoria primæ, ſive ſententia ſuper deſertione appellationis lata indiſtinctè appellari poſſe teſtatur Gail. *d. obſ. 138.* & ibi Græv. *conſid. 1.* Mynſ. *d. cent. 3. obſ. 36* cum allegat. Verum cum Scaccia *tract. de Appellat. quæſt. 15. n. 209. & ſeqq. DISTINGVENDVM* arbitror inter appellationem notorie deſertam, & dubiam, i. e. quæ per partes in dubium vocatur. Ita ut *illo caſu* Iudex appellationis ſuper deſertione pronunciare nequeat, ſed jurisdictio revertatur ad judicem à quo, quamvis, ſi velit, ſententiam confirmare non infirmare poſſit. Et ab hac confirmatoria deſertæ appellationis non appellatur (1) quia deſerta facta appellatione ſententia in rem judicatam tranſit, & parti appellatæ jus quæſitum eſt. (2) quia deſerta appellatione habetur, ac ſi nunquam eſſet appellatum, & jurisdictio, uti dictum, ad judicem à quo revertitur. vide Scacc. *allegat. loc. num. 210.* ubi Hoſtienſ. & alios addúcit, ſi quidem (3) paria ſunt, non eſſe appellatum, & appellationem eſſe deſertam. Lancellot. *de Attentat. part. 2. cap. 12. ampliat. 1. n. 25. & Dd. commun.* (4) quia per deſertionem appellationi tacitè renunciatur. Lancell. *d. loc. num. 1. Hoc* vero *caſu*, quando ſc. per partes deſertio in dubium vocatur, jurisdictio ad judicem à quo non redit, ſed judex ad quem habet jurisdictionem pronunciandi ſuper deſertione. Et tunc ſive judex pronuntiet Appellationem deſertam ſive non, utroque caſu appellari debet, quia ſententia habet vim definitivæ & gravat, & non ſperatur alia definitiva. Scacc. *d. tract. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 185.* ubi Angel. Aretin. & alios allegat. Et ſi non appelletur,

Distingu.

Subdiſting.

tur, judex poteſt procedere ad ulteriora; *Secus vero eſt*, ſi ex actis conſtet de deſertione. Scacc. *d. tract. quaeſt. 15. num. 211. & 199.* Add *quaeſt. 11 num 199. & 193.* Quicquid tamē ſit, ſententiā deſertionis appellabilem eſſe indiſtinctè, & ita in Camera obſervari teſtatur Gail. *alleg. loc.* & ibi Græv. Mynſing. *d. loc.* Add. Marant. *ſpecul. aur. part. 6. de appell. num. 201.* & Hunn. ad Treutl. *volum. 2. diſp. 33. theſ. 3. quaeſt. 25.* qui Gail. ſequitur ex ratione, quod gravatus appellare poſſit. Praxis.

LXII. An autem à ſententia impoſitionis perpetui ſilentii appellari poſſit, vid. Gailium, qui *affirmativè* decidit *lib. 1. obſ. 132. num. 1.* Appellatur ab impoſitione perpetui ſilentii.

LXIII. Sic quoque appellationes permiſſæ à conſultatione, forſitan ad falſas ſuggeſtiones preceſque à Principe impetrata *l. 1. §. 1. ff, de appellat. t. t. C. de relation.* quicquid enim ex iſtiuſmodi conſultatione vel reſcripto Principis pronunciatur, non pro Principis, ſed judicis Principem conſulentis ſententiâ reputatur, adeoque ab ea poterit appellari *d. l. 1. §. 1. ff. hic*, Bernh. Schotan *exam. Iurid. ad tit. C. de relation. quaeſt. ult.* Secus verò, ſi judex interlocutoriâ pronunciaverit, ſe Principem conſultaturum, cùm poſſit poſt reſcriptum provocari. *d. l. 1. §. 2. ff. hic. Add. cap. 4. th. 1. ſuprà.* & à Conſultatione vel reſcripto Principis. Secus, ſi judex interloquatur, ſe velle conſulere principem.

LXIV. Nunc AD SENTENTIAS INVALIDAS, SIVE ipſo jure NVLLAS, à quibus appellare neceſſe non eſt. *t. t. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. & t. t. ff. qua ſent. ſin. appell. reſcind. l. 23. §. 1. l. 19. ff. h. t.* quia quod IPSO IVRE NVLLVM eſt, non opus habet, ut per appellationem reſcindatur. *arg. l. 5. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Interim NVLLÆ DECLARARI DEBENT intentato remedio nullitatis, quod 30. annos durare communis Dd. opinio eſt, intra quæ tempora nullitas deduci permittitur. Et quamvis inhibitio non facile concedatur, quia præſumptio pro ſententia ſit, nihilominus tamen attentata poſt ſententiam in proceſſu nullitatis revocari poſſunt. Gail. *1 obſ. 127. n. 8. & ſeqq.* Iung. Bartol. *in l. 4. § condemnatum ff. de rejudic.* ubi pulchrè diſtinguit, quem Mynſ. *cent. 4. obſ. 64.* allegat. vide ſis quoq; VVurmſ. *de appell. tit. 24. obſ. 35. per tot.* Emeric. à Roſbach. A ſententiis nullis appellare nō eſt neceſſe. Sed per querelam nullitatis reſcinduntur. Vbi inhibitio non facile concediturr.

 pro-

procesf. civil. tit. 72. n. 33. quot modis autem sententiæ nullæ dici possint. vid. VVeserb. *parat. tit. quæ sentent. sin. appellat. rescind.* ubi ex illo *tit. & C. quand. provocar. non est necess.* septem enumerat. quem secutus est Bernh. Schotan. *exam. Iurid. titt. iisdem.* Add. *l. 1. §. 1. ff. de feriis.* Vid. hac de re plura inferius *cap. 9. th. 11. 12. & seqq.* ubi peculiariter de querela nullitatis agitur.

Transitio ad causas extrajudiciales. LXV. Et hactenus de causis & sententiis judicialibus à quibus appellare liceat vel non, vidimus. plura qui desiderat, pervolvat absolutiss. tract. de Appellat. Scacc. *quæst. præsertim 16. & 17.* Marant. *d. tr. part. 6. de Appellat. num. 278. & 280. & mult. seqq.* Iungat. Socin. *Regul. 24.* ubi 29. causas, de quibus non appellari potest, recenset.

Extraiudicialiter appellatur à decretis & actibus extraiudicialibus. LXVI Sequuntur nunc CAVSÆ EXTRAIVDICIALES. Et sciendum est, quod extrajudicialiter appelletur à Decretis & actibus extra judicium gestis, formam aut vim sententiæ judicialis habentibus v. g. à primo vel secundo decreto Bald. *in l. 2, num. 15 & seq. C. de Episcop. audient.* à mandato vel interdicto magistratus, aut mulctâ imposita. Recess. Imper. *de Anno 1594. §.* Wann aber 101. *vers.* Aber nach dem ote &c. Et hic pro REGVLA tenendum: Quotiescunque permissum est judicis officium extra ordinem implorare, toties ab ejus injusto decreto & actu illo extrajudiciali quoque appellare conceditur. *l. 1. §. solent. 3. ff. quando appelland. c. cum sit. 5. c. Bonæ memoriæ 51. X. de appellat.* Gloss. *in clem. 1. in verb. oneramus. de Iur. Patron.* Bart. *num. 4.* Angel. *l. fin. ff. de Appellat. recip.*

LXVII. Debet autem huic actui extrajudiciali seu decreto extra judicii processum lato inesse vel præsens, vel probabiliter futurum & instans gravamen, ubi probè notandum, quod *Iure Canon.* appellationes ejusmodi extrajudiciales indistinctè admittantur. *d. c. cum sit. X. de Appell.* quod *Iure Civili* non ita passim licet. Vid. Cujac. *ad d. c. cum sit,* *HODIE* autem Ius Canonicum sequimur.

Sed inhibitio non decernatur. LXVIII. Porrò notandum, quod *Iure Camerali* cautum sit, ne in Appellatione Extrajudiciali inhibitio decernatur, nec mandata revocatoria locum habeant, Gail. *1. obs. 120. num. 5.* Græ-

væus

vetus *ibid. consid. 1.* Natt. *cons. 606. num. 4.* Panorm. *in c. dilecti. num. 4. de major. & obed.* ubi agit, quomodo attentata post appellat. extrajudicialem revocanda, item *in d. c. Bonæ memoriæ n. 17. X. de Appellat.* ubi de differentiis Appellationis judicialis & extrajudicialis disserit.

LXIX. Tertio notanda est *distinctio* Gail. *in lib. 1. obs. 120.* inter judicem extrajudicialiter gravantem ad alterius partis instantiam, & gravantem per se tanquam partem, puta: Si quis cum principe aliquid negotii habeat, & ei gravamen inferat. *Primo casu* appellationem ad Cameram immediatè spectare ait: *Secundo casu* non; sed gravatus debet principem in prima instantia, (cui alias fraus fieret) coram suo judice convenire, hoc est, coram judicibus ordinationis seu Austregarum. vermög der Außträge / vid. Ord. Cam *part. 2. tit. 2. & seq.* Add. Rennem. *d. tract. membr. 4. disput 1. 26. & seqq.* Spreng. *Synops. Iur. publ. cap. 7. pag. m. 196.* Quorum sententiæ executionem Camera Imperialis habet Gail. *1. obs. 1. num. 52.* Add. Mynf. *cent. 4. obs. 93.* Distinctio notabilis Gailii.

LXX. Sic AB EXECVTIONE vel executore modum executionis excedente extrajudicialiter rectè appellatur, uti *thes. 55.* & supra *cap. 3. th 14.* fuit ostensum. Executio est actus extrajudicialis.

LXXI. Nec non A NOMINATIONE AD HONOREM & aliud munus publicum benè appelletur, & qui hoc casu non appellat, munus illud subire cogitur *l. 4. 7. & 11. C. de appellat. l. 2. C. de Decurion. lib. 10.* quod tamen *in nominatione tutelæ vel curæ secus esse videtur, per l. 1. §. si quis tutor ff. quando appelland.* *CONTRARIVM* tamen verius esse, supra *cap. 2. thes. 15.* demonstratum fuit. ut & Nominatio ad honorem vel munus publicum. A quibus appellare licet.

CAPVT VI.

Quando & intra quæ tempora appellandum.

THESIS I.

ABsolutâ appellationis materiâ, sequitur *nunc de* ejusdem *modo & forma.* Et principio observandum appellatori venit, ut gradatim appellet. Sed quoniam retrò *cap. 4.* hoc monui, Transitio.

hic repetere odiosum foret. Deinde notandum, quod appellatio instituenda sit vel VIVA VOCE, vel IN SCRIPTIS

Appellatio viva voce quomodo facienda.

II. Appellamus autem VIVA VOCE illicò apud Acta, Iudice adhuc coram tribunali sedente, & quando ad alias actus non divertit, quod ad Acta scribere solet actuarius Iudicii. German. dicitur Im Fußstapffen / mit lebendiger Stimme / oder uff unverrückten Fuß appelliren / uti Nobil. Dn. Præs. *ad VVesenb. part. 2. disput. 14. num. 9. ex l. litigatoribus 14. C. de Appellat. & Communi* Dd. *interpretatione* attestatur. Confer. *l. 2. ff. eod.*

Limitatur in sententia interlocutoria simplici.

III. Sed hoc procedit publicata definitivâ. Nam appellatio super interlocutoria simplici, quæ non habet vim definitivæ (quoniam ab illâ vim scil. definitivæ habente relinquitur liberum vel in continenti vivâ voce, vel ex intervallo inscriptis sine expressione gravaminum adinstar definitivarum appellare. Gail. *1. obs. 130. num. 5.*) Myns. *cent. 1. obs. 66.* Ordin. Cam. *part. 2. tit. 29. §.* vnd so von Beyurtheilen) vel super gravamine aliquo in judicio vel extra, indistinctè in scriptis est facienda, omnesque causæ appellationis (nisi quasdam appellans expresserit, & quoad cæteras se ad acta retulerit, Ruland. *de Commissar. & Commiss. p. 1. lib 5. c. 13. num. 15.*) sive gravamina, ut vulgò vocant, in his, & quidem uno eodemque die, quo appellatum, exprimenda sunt. *c. cordi 1. X. de appellat. in 6. Clement. Appellanti 5. c. ut debitus 59. X. eod.* Ord. Cam. *part. 2. tit. 29. §.* wo aber. Constit. Max. von Notarien *de Anno 1512. tit.* von Appellation Instrumenten *princ.* Dn. Præs. *d. loc. ad verb. Appellationem autem.* & Myns. *cent. 3. obs. 15. num. 5.* Vt scilicet inde intelligi & statim dijudicari possit, justa nec ne sit ejusmodi appellatio, quapropter ex iisdem causis, quæ appellationis instrumento sunt insertæ (non ex aliis) itemque actis prioribus justificari debet. *d. clem. appellanti. d. c. cordi X. de Appell. in 6.* VVesenb. *parat. hoc tit. num. 9. in fin.* ratio rationis hæc est, quia non aliter ab interlocutoria, nisi ex justissimis causis, ut lites minuantur, nevè judices partesve illudantur, *sæpe alleg. c. Cordi. in princ. & fin.* appellare licet. Berlich. *part. 1. concl. 50. num. 41. & seqq.*

Ratio.

Ratio rationis.

IV. Dixi jam in Parenthesi, A definitivâ & interlocutoriâ vim defini-

definitivæ habente, vel in continenti viva voce, vel ex intervallo in scriptis appellare liberum relinqui. Sed *quæritur*, An semper ita liberum sit? VVesenb. *alleg. loc. distinguit*, inter definitivas gravioris & levioris momenti, ita ut AB ILLIS non nisi in scriptis sit appellandum *l.3. ff. hic* Bart. & Angel. *in l. litigatoribus 14. C. eod.* Secus vero AB HIS. Bald. *in l. Et in maioribus 20. Cod. eod.* Quid sentiam, fortasse aperiam in discursu. Quæst.

V. IN SCRIPTIS quando appellatur, hoc fit regulariter adhibitis duobus testibus coram Notario publico, qui intra decendium requisitus in fidem appellationis interpositæ instrumentum conficit: quem modũ interponendæ appellationis præ illo (si gravatus citra Notarii requisitionem intra decendium de iniquitate sententiæ scripto conqueritur) Goslariæ in interponenda leuteratione usu observato, tanquam tutiorem, quo scilicet deinceps ejus rei documentum habeatur, meritò approbat Nobiliss. Dn. Præs. *d.l. n.9.* Appellatio in scriptis.

VI. Instrumenta autem appellationis, seu (ut Vlpianus & veteres ICti locuti sunt) Libelli qui dantur appellatorii, ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum, à quo dati sint, h.e. qui appellet, & adversus quos, & à quâ cujusve judicis sententiâ *expr. l.1. §. fin. ff. hic.* Non autem necesse est, ut nomen judicis ad quem exprimatur, cùm appellatio uideatur ad proximè superiorem directa. Donell. *lib. 28. cap. 6.* & ibi Hillig. *lit. XX.* nisi electionem habeat appellans, ubi alternativa potest esse appellatio, & in prosecutione potest declarare, ad quem appellatum velit. Scacc. *de Appellat. quæst. 9.* Requisita Instrumẽti Appellationis.

VII. *Iure autem canonico* putant quidam in schedula seu instrumento Appellationis etiam nomen judicis ad quem exprimendum esse, cum Papa, omisso medio, ut supra dictum, appellari possit: *Contrariam tamen* opinionem ceu receptiorem probat Iohan. VVames. *in cap. 2. X. de appellat. n. 4. & 5.* quia, etsi omisso medio, illo jure potestas appellandi sit, non tamen in dubio censetur ea voluntas, sed appellans magis jure communi uti putatur. Qui autem sic generaliter non expresso nomine

mine judicis ad quem appellat, proximè superiorem adire debet. Vid. Hilliger. *d. l.*

Appellationem judici à quo insinuare utile est.

VIII. Et quamvis secundum Ord. Cam. *part. 2. tit. 29. §.* Item so soll. Appellatio etiam sine insinuatione coram judicio à quo subsistat; tamen insinuationem fieri appellanti admodum est utile: alioquin judex à quo ante inhibitionem impunè ad executionem procedit, & quicquid uult, facere potest, quod pro non attentatis habetur, nec desuper apppellans auditur. per expr. verb. in d. Ord. Cam. *d. l. in fin.*

Quomodo insinuanda.

IX. Insinuatio autem debet fieri intra decendium, *auth. Hodie C. hic.* & ubique, etiam extra judicium, vel judici ipsi, vel actuario absque judice. Myns *cent. 2. obs. 22.* quanquam HODIE insinuationem appellationis in judicio à Notario & testibus fieri tutius & usu receptius sit, cum insimul acta judicialia petere, & super his documentum edere appellanti possit.

X. Insinuanda verò est appellatio judici à quo, nisi ob violentiam & tyrannidem ejus ipsi insinuari nequeat. Quo casu publice proponenda coram vicinis & honestis personis *l. 7. ff. hic. & ibi* Gothofr. Quod & (2) fieri potest, si judicis absentis copia haberi non possit, adeo ut judicem reducem denuo adire non sit necesse, Scacc. *de Appellat. quæst. 6. num 25. & seqq.* Myns. *cent. 4. obs. 44.*

Rejiciens Appellationem punitur, nisi causam habeat.

XI. Si autem judex à quo appellationem tanquam frivolam, non adjecta legitima causa, rejecerit, (cùm ex justa causa rejicere possit *tit. C. quor. appell. non recip. l. 4. ff. de appellat. recip.* sed causam rejectionis statim allegare debet *l. pen. ff. eod.*) pœnâ afficiendus est, quæ jure communi varia esse videtur *in l. 19. in fin. l. 21. & l. 24. C. h. t. Novell. 126. cap. 3.* add. *c. 31. X. eod* à qua rejectione putant Dd. denuo appellandum *per d. l. 19. h. t.* Crediderim tamen sufficere, si id notificetur, & probetur judici ad quem per documentum factæ insinuationis Notarii, & petatur, ut per literas compulsoriales, juncta inhibitione & citatione, eum cogat, quod & post decendium appellator facere potest, uti ex *l. 31. C. h. t.* & quotidiana praxi videre licet, cum juxta Dd. causa statim devolvatur, etiam renuente judice à quo, ad superiorẽ. Nobil.

An à rejectione denuo appellandum?

Resp. Non opus esse.

bi'.Dn.Præs. *ad VVesenb.tit.de libellis dimissor.* Add.Ord.Camer. *part.2.tit.31.* §. Es sollen. 11.

XII. Non tenetur autem Iudex à quo illis casibus appellationi deferre, in quibus appellatio prohibita est à jure *c.29. X. & c 5. de Appellat. in 6.* sed de his actum fuit supra *cap.3. & 5.* Add.Marant *part.6.de appellat.quæst.principal.4.per tot. à num.246 ad num. 368.* Et casus, in quibus potest judex à quo procedere, appellatione pendente, apertè colligi possunt *ex limitationibus 22. primæ regul.ap. d.* Marant. *d. l. quæst. princip. 2. vers. quarta differentia, à num. 174. usq; 207.* In dubio autem deferre potest & solet cum clausula: IN QVANTVM DE IVRE. De hac clausula vid. Scacc. *d.tract. quæst. 17. lim.6. num.100. & quæst. 11. art.1.n.6.* Dn. Brunnem *process. civil. cap.28. num. 16.*

Quibus casibus judex à quo Appellationē reiicere & exequi possit.

Clausula: In quantū de jure.

XIII. Hisce præmissis nonnihil DE FORMALIBVS seu FATALIBVS APPELLATIONVM differendum, quorum QVINQVE ex quinq; distinctis temporibus constitui possunt.

Fatalia Appellationis quinque.

XIV. *Primum fatale* (sc.tempus) est INTERPONENDÆ appellationis, quod HODIE indistinctè est decendium *d. Auth. Hodie.C.hic.c.15.X. de sentent. & re judic.* nam olim biduum in propriâ, triduum in aliena causa erat. *l.6. §.5. C. hic. l.20. §.1. ff. eod. l. 1. §.5. & 11. ff. quand. appelland.*

I. Interponendæ est decendiū.

XV. Regulariter autem hoc decendium, quod continuum est, currit à tempore latæ sententiæ, & de momento in momentum gloss. *ad d. Auth. Hodie.* adeò, ut licet adhuc ad appellandum una vel altera hora decimi diei supersit, processus nihilominus impetrari possint. Ita factum in causa Glauburgischer Enckeln & consort contr. Glauburg Wittib *27.Maii. A 1651.*vid.Rod. *Pand. Camer. edit. noviss lib. 1. tit. 27. §. 8. in not.* Currit hoc fatale etiam pauperi, nisi ipsa appellatio sumptus requirat, & hoc casu paupertas intra decendium alleganda est. *Quis autem pauper sit,* & quomodo paupertas probetur, notat Gail. *1. observ. 142. num.3. usq; ad fin.* ubi juxta Dd. *distinguit* inter pauperem, inopem, mendicum & miserabilem. Vbi quoque Iasonis opinionem, quam Camera approbavit: videlicet pauperi decendium indistinctè currere, eò quod minimæ impensæ ad interponendam

 appel-

appellationem sufficiant, recenset. Add. Roding. *d. tract. lib. 1. tit. 30. §. 9. in notis*, ubi dicit, quod pauperes in Camera illi dicantur, qui ad juramentum paupertatis admissi jure atque eleemosynis pauperum fruantur, non quos forte deficiat rerum copia, sint tamen injurati.

XVI. Currit autem decendium non aliter, quam si Principalis vel ejus procurator in judicio præsens fuerit, & sententiam publicari audiverit; sin autem citra suam culpam & contumaciam (forsan quod non sit citatus, vel non peremptoriè, vel alia justa causa non comparendi subsit,) judicio abfuerit, fatale hoc currit à die scientiæ (non perfunctoriæ, sed specificæ vid. Thom. Michaëlis *apud. Dn. Casp. Klock. relat. 14. num. 27.* à qua si appellare velit, simul procuratorem apud acta non exstitisse probare debet) seu insinuationis sententiæ. *Dd. commun.*

Nisi gravamen sit continuū. XVII. Exceptionem suppeditat VVesenb. *parat. de Appellat. num. 9. & tit. quand. appell. num. 3.* Quod non observetur præcisè decendium illud, si gravamen sit continuum, e. g. incarceratio, missio in possessionem, si quæstiones sint indictæ, & similia. In his enim tamdiu appellari sine ulla temporis circumscriptione potest, quamdiu gravamen durat. Vid. *ipsi allegat. Dd.* Speculat. Iason. Bald. Add. Scacc. *de Appell. q. 12. num. 144.* Besold. *tract. eod. cap. 8. num. 6.*

2. Petendi apostolos intra 30. dies. XIIX. Tempus *fatale secundum* est PETENDI APOSTOLOS à judice à quo intra triginta dies, qui currunt à tempore latæ sententiæ *l. 24. C. hic.* Et sunt vel conventionales vel referentiales, vel testimoniales, vel dimissoriales, vel refutarij, quorum definitiones & formulæ extant apud Petr. Term *proc. c. 230.* Quos si appellans intra dictum tempus instanter petere prætermittat, appellationi renunciare præsumitur. *expr. c. Ab eo 6. X. de Appellat. in 6.* Add. *clement. 2.* ubi in fine tres casus ponuntur, quibus appellans non habens apostolos appellationem prosequi potest. Vid. quoque hic Emer. à Rosbach. *process. civil. tit. 74. num. 3 4 & seqq.*

Hodie. XIX. Verum requisitio Apostolorum HODIE non est necessaria.

saria. Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 30.* & valet appellatio, & in Camera recipitur, etiamsi libellus dimissorius vel Apostoli petiti non sint Gail· *1. observ. 139. in fin.* Mynsing. *cent. 4. obs. 36. & cent. 3 obs. 22.* VVurms. *de Appellat. tit. 24. observ. 23.* quod quoque in inferioribus Iudicijs videtur obtinere, cùm plerumque appellationes interponantur coram Notario & testibus, quo casu loco testimonialium apostolorum datur instrumentum, vel documentum Appellationis, & causa, uti dixi, statim devolvitur, etiam renuente Iudice à quo, ad superiorem.

Requisitio apostolorum nō est necessaria.

XX. Tenetur autem non solum Iudex à quo uti *th. 11.* dictum, appellationi deferre, sed insuper litigatoribus edere acta intra 30. dies, à tempore notificationis Appellationis numerandos, cum subscriptione seu relatione: quod si omittat, omnem damnum, quod inde litigator sensit, ex proprijs facultatibus eidem restituere, & pœnam denarum librarum auri exsolvere cogitur, *per Novell. 126 cap. 3. add. l. 24. C. h. t.*

Iudex à quo acta edere tenetur intra 30. dies.

XXI. *Fatale tertium* est INTRODVCENDÆ sive præsentandæ appellationis, quod pro arbitrio Iudicis modo longius, modo brevius existit, prout in singulis Iudicijs constitutum. *gloss. in l. præses C. h. arg. l. 1 §. 1. ff. de Iur. deliber. c. personas 4. X. hic.* Est in Camera Imperiali Sex mensium (mensis in Camera est 30. dierum. Ordin. Cam. *part. 2. tit. 30. §.* Und sollen) à die interpositæ appellationis numerandum (nisi sit in causa spolij contra principem vel statum Imperij jure Austregarum gaudentem, ubi & spoliatus & spolians, si appellare velint, appellationem intra trimestre spatium introducere necesse habent. d. ord· Cam. *part. 2. tit. 8. §.* Wo aber der beklagte Churfürst *10. & seq.*) quod à Iudice à quo pro qualitate causarum & personarum, nec non ob locorum distantiam abbreviari, non prorogari potest. d. Ord. Cam. *part. 2. tit. 30. princ.* verb. Und nit darüber. Gail. *1. observ. 140. num. 3.* Mynsing. *cent. 5. observ 57.* Iudex verò ad quem ob nimiam distantiam locorum prorogare potest. d. Ord. Cam. *d. l. §. 2.* etiam ob alia legitima impedimenta, dummodo supplicatio pro prorogatione infra tem-

3. Fatale est introducendæ.

In Camera 6 mensium

Limitatur in causa spolii.

Fatale hoc abbreviari non prorogari potest

Nisi ex causis à Iudice ad quem.

pus Ordinationis (Sex mensium) exhibeatur, nam ijs elapsis, frustra ejus, quod non est, prorogatio petitur, sed restitutio in integrum locum habet Gail. *d. l. n. 7.* & Mynsing *cent. 3. obs. 54.* Si autem tempus ordinationis seu terminus prorogatus in ferias incidat, in prima audientia post ferias introducenda est appellatio. Gail. *d. l. num 6* Restitutio denique in integrum adversus lapsum fatalium debet coram Iudice Appellationis peti, & justum impedimentum unâ cum adhibitâ extremâ diligentiâ probari, quo facto decernitur citatio ad videndum se restitui. Si autem quis facto tertij vel negligentia procuratoris sit impeditus, restitutio locum non habet, nisi impedientes non sint solvendo. In restitutione verò adversus lapsum fatalium litis contestatio non requiritur, si incidenter & non principaliter petatur. Vid. Gail. *1. observ. 143. per tot.* Mynsing. *cent. 5 observ. 98. per tot.*

Restitutio in integrũ adversus lapsum fatalium quando obtinet.

4. Fatale est Iustificandæ.

XXII. *Fatale quartum* est IVSTIFICANDÆ appellationis, quod quoq; arbitrarium est, prout in hoc vel illo judicio certum tempus ei præstitutum. Et intra hoc certum & præfinitum tempus Appellans tenetur causas (ut vocat Vlpianus in *l. 1 ff. An per alium caus. appell. redd. poss.*) seu, ut vulgò loquuntur, gravamina post interpositam appellationem sub pœnâ desertionis proponere ac deducere. In Ducatu Brunsv. & Luneb. est trium mensium, ut ex Ordin. Iudic provinc. *tit. 25. §.* Und ein jeder. *6* patescit. Si appellans intra illud tempus Iustificationem non obtulit, appellatus vel potest petere executionem coram Iudice Inferiori, vel (quod melius,) coram superiore desertionem. Nobiliss. Dn. Præs. *ad VVesenb. tit. quand appelland. num. 6.*

In Ducatu Brunsv. & Luneb. 3. mensium.

Idem in Episcopatu Hildesiensi.

XXIII. Idem tempus in Episcopatu Hildesiensi Appellantibus præscriptum. Cantzl. Ordn. *§.* Regist dem. Add. gemeinen Bescheid *sub dat 3. Apri. Anno 1660.* Vbi fatale introducendæ & justificandæ in unum concurrit, ita ut non solum in causis simplicis querelæ, sed quoque Appellationum una cum supplicatione pro processibus, & citatione, libellus simplex vel Appellationis (qui justificatio Appellationis vulgo dici solet) junctis

junctis siqua sunt documentis originalibus, & eorum copiis, judicialiter produci debeat; verùm non adeo strictè testante experientia hoc observatur.

XXIV. Tempus denique *Fatale quintum* & ultimum est prosequendæ seu FINIENDÆ appellationis, quod est annus, ex justa causa vero bieunium. *Auth. Et qui. C. de tempor. Appellat. Novell. 49. in princ.* currit à tempore interpositæ appellationis. *Clem. sicut. 3. hic.* Si intra illud tempus appellans jus non prosequatur suum, appellatione factâ desertâ, ad Iudicem à quo causa remittitur. 5. Fatale est finiendæ

XXV. Verùm CAMERA IMPERIALIS hoc fatale non observat. Gail. *1. obs. 141. n. 7.* Si tamen coram inferioribus Iudicibus non fuerit observatum, appellatio ut deserta non admittitur, quia Camera judicat secundum jus Commune, etiam quoad solennitates coram judicibus inferioribus non servatas. *Cautela* igitur pro Appellante est, ut per procuratorem, vel Notarium & testes coram Iudice, ante fatale elapsum aliquoties de sua diligentiâ protestetur. Gail. *d. l. num. 8. & 9.* Mynsing. *cent. 6 observ. 12. num. 6. & 7. & cent. 2. observ. 48. in fin.* Praxis Cameræ Imp. Cautela pro appellante.

XXVI. Nec HODIE hac fatale tempus in alijs Imperij Germanici Iudicijs amplius obtinet. Nobiliss. Dn. Præses *ad VVesenb. tit. quand. appelland. n. 6.* Gail. *d. observ. 141. num. 8.* neque immeritò, cùm in manu appellantis non usque positum sit, intra quod tempus causa finiatur, sed insimul causæ gravitas, prolixtas, & sæpenumerò de novo incidentes circumstantiæ, causarum multitudo, & publica privatis anteferenda negotia hic consideranda veniant, nonnunquam & tergiversatio Appellati, & judex sua negligentiâ, avaritiâ, vel affectibus causam plus justo suspendat ac remoretur. Praxis inferiorum Iudiciorũ.

XXVII. Absolutis fatalibus SOLENNIA quædam appellationũ videbimus, & (1) venit notandum, quod non solum secundum statuta localia, sed etiam Ordinationẽ Cameræ *part. 3. tit. 12. §.* Und soll alsbald *Juramentum Calumniæ* de non temerè appellando exactum, etiam in Appellationis instantia statim Solennia appellationis. 1. Iuramentũ calumniæ de non te-

 præ

mere appellando. præstari debeat, licet in prima instantia præstitum sit. vid. Mynsing. *cent. 3. obs 56.* Add. Gail *1. obs.124. num. 1. & seqq.*

2. Cautio præstanda est. XXIIX. Sic quoque (2) *cautio* de refundendis in casum succumbentiæ expensis præstanda est. Mynsing. *cent. 1. observ. 6.* vid. Fürstl. Wolffenbüttel. Cantzl. Ordn. *art. 63. verb.* So soll solches ehe nicht verstattet / oder der Appellation deferiret werden / es habe dann Appellant das *Juramentum appellationis*, wie solches hiernebst (*art. 66*) gedruckt worden / **würcklich** NB **in der Person abgelegt** / auch nach inhalt des Keysers. privilegij eine gnugsahm *Caution* mit annehmlichen unter hiesiges unsers Fürstenthumbs zwang gesessenen Bürgen / oder aber Erbeigenen und in specie designirten / nicht aber in genere angezogenen Gütern bestellet / ꝛc. *vid. seq. & art. seqq.* Add. Fürstl. Braunschw. Calenb. Hoffgerichts Ordnung *de Anno 1639. tit. 67.* vid. quoque Fürstl. Stifft Hildesh. Cantzl. Ordn. §. Und soll vor der litis contestation. Sic nuperrimè decretum est in causa Ziegemeyer contra Dreßlij Sehl. Wittiben / (cui ab una parte patrocinio præsum) verb. Decreti: wird jetzt gedachten Appellanten die an seiten der Appellatin abgefoderte caution de refundendis in casum succumbentiæ expensis ad proximam zu leisten hiemit aufferleget V. R. W. Publ. Hildesheimb in judicio den 13. Ianuarij Anno 1663.

Interdum juratoria. XXIX. Sed si per pignora & fidejussores non possunt cavere, ad juratoriam cautionem admittuntur, etiam in Camera, Vid. Mynsing. *d. cent 3. obs. 56. in fin.*

Quæstio. XXX. Nunc *quæritur*, si ista solennia non observentur, an propterea appellatio alias ritè interposita invalida & deserta reddatur, maximè quoad devolutionem? *Respond.* Quod

Resp. non. Quia hæ solennitates non sunt de substantia appellationis, & omissæ in Camera restaurari possunt, & sufficit, si appellans se ad præstandum in Camera Imperiali offerat. Hoc certum est, prius appellatione uti non posse appellantem, quam dictis solennibus satis fecerit. Vid. plur. Gail. *d. lib. 1, observ. 124. per tot.*

Hodie in Instantia Appel- XXXI. Absolutis & hisce, ultimò post introductam appellationem notandum esse censeo, quod etiam *litis contestatio*

HODIE

HODIE necessaria sit, sive appellatum sit ab interlocutoria, sive definitiva. Nec sufficit, eam in prima instantia factam fuisse, per ord. Cam *part.3.tit.32.* Mynsing. *cent.1. observ.1. num. fin.* Gail. *lib. 1. observ. 76. n. 2.* Obrecht. *de Litis Contest. cap. 4. num 39. & seqq.* Quod rectè EXTENDITUR ad querelam nullitatis per d. Ord. Cam *part.3. tit.34. §.* Und sol also Gail. *1. observ 77. num.5.* Obrecht. *d. l. num. 45. & seqq.* Mynsing. *d. cent.1. observ.38.* & *cent. 4. observ. 63. n.5.* lationis lis contestari debet. Etiam in querela nullitatis.

CAPUT VII.

De Fine & effectu appellationum.

THESIS I.

FInis *Appellationis* institutæ primarius hic est, ut sententia ob iniquitatem vel imperitiam Iudicis injustè lata in melius reformetur *l. 1. p'inc. ff. hic.* hoc enim intendit Appellans, insimulque interdum illud, ut per concessum BENEFICIUM LEGIS *per hanc. 4. C. de tempor. & reparat. appellat.* non deducta deducere & non probata probare, & sic appellationem præsertim à definitiva non solum ex prioribus actis, sed etiam ex novis causis Iustificare possit. Quæ novæ causæ, & quotuplices sint, tractat non obscurè Dn. Ludolph. Hugo *novissimo tractatu de Abusu appellationum tollendo. part. 1. cap. 2.* ubi quoque abusum & inconvenientia ex *d. l. per hanc.* provenientia luculenter ad oculum demonstrat. Finis Appellationis.

II. *Effectus Appellationis* principales sunt. (1) Si unus ex pluribus appellet, & obtineat in causa appellationis, prodest victoria consortibus reliquis, si sit idem negotium & causa. Lancelott. *in Instit. §. Idem. de Appellat* vid. supra *cap. 2. th. 6* 1. Effectus i. Appellatio unius prodest reliquis.

III. Habet Appellatio quoq; *effectum devolutivum & suspensivum. h. est.* quod (1) causam ad superiorem devolvat, & (2) jurisdictionem judicis inferioris *quoad illam causam* suspendat. *l 6. § 1. ff. de his qui not. infam.* Nam factâ provocatione perinde esse debet, ac si nulla sententia lata esset, *hinc non licet* judici à quo & partibus litigantibus, pendente appellatione, innovare, maximè cum inhibitio à Iudice ad quem facta sit. *Nec interest,* 2. Effectus est Devolutivus 3. Suspensivus.

utrum

(Nihil appellatione pendente innovandum.) utrum causa recepta vel non sit, cum in genere nihil sit innovandum, quamdiu de Appellatione non fuerit pronunciatum, ne dum deliberatur, utrum recipi debeat nec ne, præjudicium aliquod fiat. *l. un. princ. & §. 1. ff. nihil innov. appell. interp.* Nobil. Dn. Præs. *ad VVesenb. tit. eod. num. 1.* manus enim judici à quo per Appellationem quasi constringuntur, ut nihil amplius in causa attentare possit VVesenb. *Parat. ff. tit. eod.*

Iudex vel Appellatus attentans in expensas condemnatur. IV. Et si judex vel Appellatus quicquam attentet, petit Appellans per libellum attentatorum illud revocari, & in expensas tùm pars quàm judex condemnatur. *c. 1. X. hic.* Gail. *1. obs. 146. num. 11. & 16.* ubi formam sententiæ annectit.

Appellans attentans appellationem deserit. V. Sin autem Appellans attentet, tunc attentando censetur renunciare appellationi, & eam deserere, cùm faciat se indignum hoc beneficio. Vid. Gail. *d. loc. per tot.* & præsertim *n. 12. 13. 14. & 15.* Vbi *tres rationes* & alia notabilia, item *duas cautelas* pro Appellante & Appellato quoad attentata adducit. Iung. Dn. Præs. *ad VVes. ff. nih. innov. appellat interpos.* Vbi eleganter cum

Distinctio elegans Gailii circa attentata. Gailio *distinguit* inter attentata simpliciter & immediatè contraria appellationi (ut est commissum spolium in puncto possionis, de qua controversia vertitur) & inter ea quæ non sunt: Ita ut *hoc casu* Appellatus petere necesse habeat, ut refusis expensis tantummodò revocentur; *Illo vero casu*: ut sententia à qua in rem judicatum transeat, & judex prior exequatur ad petitionem Appellati per libellum attentatorum factam. Conf. Mynsing. *cent. 2. observ. 50. & cent. 3. observ 22. n. 6.*

Quæstiones. An judex ante inhibitionem attentare possit? An inhibitio semper locum habeat? VI. An autem Iudex à quo attentare ante inhibitionem sibi insinuatam possit, & an in omnibus causis inhibitio locum habeat, vid. Nobil. Dn. Præs. *ad VVesenb. tit. de Appellat. num. 10. Ad verb. Et per appellationem suspenditur.* & Gail. *1. observ. 144. num. 4. & seqq.* ubi quinque limitationes proponit. Iung. Roding. *Pandect. Cameral. edit. noviss. lib. 3. tit. 11 per tot.* ubi sanè accuratè hanc inhibitionis materiam pertractat.

VII. Sed antea *thes. 3.* dictum, Iudicis inferioris jurisdictionem quoad illam causam, appellatione interpositâ, tantùm suspendi, quod etiam probatur *ex l. 32. §. 3. C. hic, verb. eorum*

rum enim sententiis appellatione suspensis. cùm tamen in l. 1. in fin. ff. ad SC. Turpill. expressè dicatur, quod provocationis remedio, condemnationis (non suspendatur, sed) extinguatur pronunciatio. Hanc antinomiam seu legum discrepantiam Gail. 1. observ. 144. num. 1. ex communi Ddd. opinione distinguendo conciliat: quod sententia judicis inferioris, appellatione interpositâ, quidem EXTINGVATVR, quoad præsentem causæ statum, (scilicet ut executioni mandari, quicquam innovari & attentari non possit, modo judicem à quo, termino præfixo de interpositione Appellationis certificare Appellans non prætermiserit, suasore Mynsingero cent. 2. obser. 15.) SVSPENDATVR vero quoad futurum statum & litis exitum. (puta: si fortasse appellatio deserta dicatur, aut judex ad quem male appellatum, benè judicatum pronunciet) Iunge Nobil. Dn. Præsid. ad VVesenbec. de appell. num. 10. & ipsi citat. Thol. s. de appellat. l. 6. c. 11. n. 4. Et hæc notanda sunt quoad effectum suspensivum.

Antinomia.

Conciliatio Gailii.

VIII. Quoad Effectum devolutivum verò illud notandum venit, quod is in appellatione à definitivâ simpliciter locum habeat, ita ut causa semel devoluta nunquam remittatur. At in appellatione ab interlocutoria DISTINGVENDũ: AVT enim sententia judicis à quo reformatur: quo casu & causa principalis coram judice appellationis tractatur, siquidem tota causa ad illum devolvitur. AVT non reformatur: quo casu ad judicem à quo (ut & in principali causa cognoscat) remittitur, & appellans in expensas condemnatur.

Appellatio à definitiva devolvit causã simpliciter, & nunquam causa remittitur.

In appellatione ab interlocut distinguendum.

IX. Sed in hoc posteriori casu incidit dubitatio: An necessitas remittendi incumbat judici Appellationis, & an expressis, disertis & conceptis verbis remittere teneatur? Verum gratæ brevitatis amore ad obs. 131. lib. 1. num. 3. & seqq. Andr. Gailii, sic, an judex à quo detulerit appellationi, vel non: distinguentis, lectorem cupidum remitto, ubi simul formam remissionis addit. Confer Dn. Præsid. d. l. & Mynf. cent. 4. obs. 46.

Quæstio.

X. Effectus quartus: Appellatio reducit causam ad tempus litis contestatæ, ita ut appellanti liceat omnia, quæ post litem contestatam solent expediri, judicio peragere t. t. X. ut lit.

4. Effectus Reducit causam ad tempus litis contest.

non contestat. Hinc rectè Exceptiones peremptoriæ, non dilatoriæ opponuntur *l. ita demum 13.* ubi Iason *n. 6 C. de Procurat.* Bald. *ibid.* vid. VVurmſ. *1. practit. 8. observ. 10.* Et articuli novi, non tamen priores, seu prioribus directò contrarij proponūtur IVRE CANONICO *expr. text. in Clement. 2. de testib.* quamvis *IVRE CIVILI ET CAMERALI* contrarium observetur testante Mynſ. *cent. 1. obſ. 41.* ubi tamen in fine ingenuè fatetur, Canonistarum sententiam ut de jure veriorem, sic quoque magis receptam videri per ea, quæ tradit Guid. Pap. Marant. & latiſſ. Roland. à Valle. *Conſ 41. num. 8 14. & 20*, quam & ego amplector, & rationibus in discursu defendam.

XI. Possumus igitur in appellationis instantiâ non allegata allegare, & non probata probare, uti *thesi 1. ex d. l. per hanc C. de tempor. & reparat. appellat.* probavi, & nunc *per expr. l. eos qui. 6. §. 1. & l. in offerendis. 37. in fin. C. de Appellat.* probo, adeo ut is quoque qui dubitat, utrum intentionem suam plenè probaverit, judicis officium implorare, & juramentum necessarium vel suppletorium probationis sibi deferri, postulare possit, non solùm in prima, sed & appellationis instantiâ, in quâ omnes errores, qui causas causæ continent, purgari possunt, testante Gailio *lib. 1. obſ. 108. num. 2. & 9* cum Dd. ibi allegat.

CAPVT VIII.

De Pœna temerè Appellantium.

THESIS I.

BRevibus & de pœnâ temerè Appellantibus constituta nunc agendum erit. Prout autem diversa sunt jura, sic quoq; diversæ videtur esse pœnæ in temerarios appellatores constitutæ.

Pœna triplex Iure Civili.

II. IVRE CIVILI pœna, *triplicis generis* esse videtur. AVT enim est ARBITRARIA, & judicis arbitrio committitur *l. eos qui 6. §. Ne temere 4. C. hic*, *AVT CERTA, ubi VEL* temerè appellans 50 libris argenti mulctatur, *l. ab executione 5. C. quor. appellat. non recip. VEL* infamia notatus causam amittit. *l. 19. in fin. C. hic.* Gail. *1. obſ. 152. num 7.* quæ tamen pœnæ ut sæpe nimis graves & prædurtæ, moribus antiquatæ sunt, testante VVesenb. *parat. tit. de appellat. num 11.*

III. IV-

III. IVRE CANONICO, (*quod hoc casu sequimur*) temerarius appellator *in expensas* condemnatur. *c 26. vers. Sin autem in quocunque X. hic. c. 1. §. Adjicientes. X. de Election. & elect. potest. in 6.* vid. tamen hic Conrad Rittershus *de differ. jur. civil. & Canon.* qui hanc differentiam juris Civilis & Canonici non per omnia vetam esse putat, siquidem *d. ll. & Canones* saltim de certis & specialibus casibus loquantur, & sic ad omnes & quosvis temerarios appellantes extendi nequeant. Iure Canonico est Cōdemnatio in expensas.

IV. IVRE CAMERALI pœna temerè litigantis *arbitraria* est, pro magnitudine causæ, & qualitate personæ, ut temerè appellans quandoque ultra expensas etiam pœnâ arbitraria puniri possit, quemadmodum ibi ob nimiam litigantis temeritatem judicis officio mulctam aliquot marcarum auri puri vel argenti decretam & Fisco adjudicatam fuisse refert Gail. *d. l n. 8.* Vbi *num. 5 & 6.* quid de Appellato temerè litigante statuendum sit, & qui justam litigandi causam habere dicantur, probè examinat. Iure Camerali, arbitraria est.

V. Quid circa temerè Appellantes IVRE SAXONICO obtineat, & quod in *Galliâ* & *Belgio* ipsis certæ pœnæ pecuniariæ constitutæ sint, subnectit VVesenb. *Parat. in tit. ff. de Appellat. num. 11.* Add. Georg. Schulz *in synops. Institut. Iur. Civil. tit. de pœnâ temer. litigant.* Iure Saxonico &c.

CAPUT IX.

De Materiis Appellationum cognatis. ut: Relatione, Supplicatione, Leuteratione seu declaratione sententiæ, Revisione Actorum, Querela nullitatis, Restitutione in integrum, Reductione ad arbitrium boni viri & Syndicatu.

THESIS I.

NVnc Colophonis loco materias Appellationi valde cognatas, sive affines levi saltim digito attingere & generaliter tractare volui. Vbi primo omnium se exhibet RELATIO. Ordo.

 Quan-

1\. Relatio quid? Quando judex olim de jure dubitans Principem de causâ plenè instruebat, eumque in casu perplexo consulebat, quid in judicando esset sequendum, & hoc faciebat in quæstionibus juris, non facti. *l. Eum quem 79. §. 1. ff. de Iudic.* Junct. *l. fin. C. de legib.* Tenebatur autem consultationis vel relationis exemplum litigatoribus apud Acta edere, ut, sicui fortè minus plena vel contraria videretur Relatio, is suas rationes, & refutatorias preces insimul principi offerre posset. *l. 1. & t. t. C. de Relation. c. Intimasti 68. X. de Appellat.* A quo responso seu rescripto, quod non pro Principis, sed Iudicis consulentis sententia reputabatur, pars gravata licitè poterat appellare. *l. 1. §. quæsitum est. 1. ff. de Appellat. & relat.* vid. supr. *cap. 4. thes. 1. & cap 5. thes. 63.*

Iure Novell sublata est. Sed hodie adhuc obtinet.. II. Sed *Iure civili novissimo* Relatio est sublata per *Novell. 125. cap. 1.* quamvis IURE HODIERNO potissimum in causis criminalibus adhuc locum habeat. vid. Excellentiss. Dn. D. Georg. Adam. Struvium P. P. Ienens. *Exerc. 41. thes. 21*, & maximè in inferioribus judiciis, & causis valde dubiis. Imò *hodie* usu validissimo ferè in totâ Germania obtinuit, ut relationis vice, ad instantiam & sumptus partis, in causis & civilibus & criminalibus transmissio actorum ad Facultatē Iuridicam vel Scabinatum concedatur, vid. hic Henning. Rennem. *singul. tract, de Transmiss. actor*, quæ & litigatoribus non facile deneganda. vid. Fürstl. Braunschw. Wolffenbüttel. Cantzel. Ordnung *de Anno 1651. art. 56. 57. & 58.* Fürstl. Lüneb Calenb. Hoffger. Ordn. *de Anno 1639. tit. 65.* von verfassung vnd außsprechung der Vrtheilen / §. Im fall. Fürstl. Stifft Hildesheim Cantzl. Ordn *de anno 1609.* §. vnd nach dem. Add. Stadt Braunschweig Obergerichts Procell *tit. 17.* von der Leuterung. §. *fin.* Im fall aber der Handel wichtig vnd disputirlich / oder etwa ein scandalum oder Ergerniß zu besorgen wehre / solte an eine unverdächtige beruffene Vniversität oder Schöppenstuhl umb Belehrung geschicket werden / damit je die part keine Vhrsach haben möchten sich einiges Verdachts oder unbilliger Verkürtzung zubeklagen. Item Stadt Hildesh. Gerichtsord. *art. 23.* von Inrotulir: vnd verschickung der Acten / ubi transmissio actorum vel ex officio sumptibus communibus, vel ad instantiam partis sumptibus illius decerni, ut

& liti-

& litigantibus tres Facultates Iuridicas eximendi potestas regulariter concedi solet. Add. Gemein Bescheid wegen abschaffung allerhand Mißbräuche de Anno 1625. §. Zum fünfften. De Transmissione actorum vid. quoque Nobiliss. Dn. Præs. *ad WVesenb. tit. de Appellat. num. 12.* ubi ex paritatione concludit, judicem transmissurum acta ad Facultatem vel Scabinatum, pro ferendâ sententia, quoque teneri ad petitionem litigatorum edere exemplum (seu copiam) literarum suarum: quod autem rarissimè & nunquam non cum offensione judicis fieri arbitror.

III. Relationem subsequitur (2) SUPPLICATIO. quæ remedium mixtum est, ordinarium scilicet & extraordinarium. ORDINARIUM æquiparatur Appellationi, ut in quibus casibus de jure non liceat appellare (e.g. Si tres conformes sententiæ contra aliquem publicatæ sint, aut causa sit momentaneæ possessionis &c.) nec supplicari possit: NISI fortè beneficio ætatis, aut favore matrimonii, vel causa dispensationis hoc permittatur, Emer. à Rosbach. *prax. civil. tit. 76. num. 11.* ubi Iason. & Marantam allegat. Ruland. à Vall. *volum. 1. consil. 94.* & debet fieri infra 10. dies *Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imper offerend.* Speculat. *tit. de supplic. §. supplicari. num. 2.* DIFFERT autem potissimum in his, ut offeratur eodem judici. Mynf. *cent. 6. obs. 15.* & Dd. *Commun.* Et quod, pendente supplicatione, executio permittatur: sic tamen, ut eam postulans satisdet de restituendo, si sententiam priorem per supplicationem retractari contingat. *d. Auth.* Mynf. Rosbach *dd loc.* Zanger. *tract. de Exception part. 2. cap. 1. de Except. incompetent. num 150.* SCIENDUM tamen est, quod in nonnullis judiciis provincialibus sententia per supplicationem ritè interpositam, & debito modo justificatam, non attenta cautione, à viribus rei judicatæ suspendatur, nec executioni mandetur. vid. Fürstl. Braunschw. Wolffenbüttelsche Cantzley Ordnung *de Anno 1651 art. 59 §. 6.* verb. Die Supplicanten aber ihre Interponirte vnd beschehene supplicationes in den nechstfolgenden 4 Wochen gebührlich bescheinen / vnd zugleich justificationem supplicationis ohn alle fernere dilation, bey Straffe der desertion schrifftlich vnd gedoppelt durch ihren Anwalt produciren vnd überge-

2. Supplicatio. est vel remedium Ordinarium.

(Non suspendit executionē,) (dummodo &c.)

Secus in Ducatu Brunsv. & Calenb.)

übergeben lassen / vnd wan solches alles vnd jedes simul & conjunctim nicht geschicht / die angemassete supplicationes alsbald als desert verwoffen / vnd auff anruffen des siegenden theils in continenti vnd ohne verzogerung / noch im selbigem Gerichte Executoriales erkant werden. Quod quoque in Ducatu Calenbergensi sic obtinet. vid. Fürstl. Braunschw. Calenbergische Hoffgerichts Ordnung *de Anno 1639. §.* ob dan auch wol Vbi fere eadem verba inveniuntur. A quibus textibus non est recedendum, nisi quis manifestissimam nullitatem committere vellet per *l. si expreßim 19.* verb. *Non jure profertur sententia si specialiter contra leges, vel Senatus Consultum, vel constitutionem fuerit prolata. ff. de Appellat. l. si cum 2.* verb: *sententiam ejus contra tam manifesti juris formam datam, nullas habere vires, palam est: Et ideo in hac specie nec provocationis auxilium necessarium &c. C. quand. provoc. non est necess* Add. *l. 5. C. eod. & th. 18. hic* ut & *membr. 2. cap. 6 thes. fin.*

r vel Extraordinarium. IV. EXTRAORDINARIVM, quod & irregulare vocatur, est plane gratiosum, & datur, ubi omne aliud remedium (puta ordinarium) cessat etiam post rem judicatam, dummodo intra biennium à die sententiæ computandum summo Principi vel Imperatori proponatur. Panormit. & Canonistæ *Communit. in c. ex literis 4. X. de in integr. restitut. d. Auth quæ supplicatio d. un. C. de sentent. Præfect Prætor.* Hoc autem NON SVSPENDIT SENTENTENTIAM, quo minùs illa executioni mandari posit. Bald. *in l. si quis C. de prec. Imper. offerend.* vid. hic quoque Modestin. Pistor *volum. 2 consil. 6 quæst. 2. per tot.* Add. Gail. *1. obs. 154 num 3.* Causas, super quibus se fundari debeat supplicatio, & unde sumendæ sint, nec non *cautelam* pro Supplicante proponit eleganter alleg. Emer. à Rosbach. *d. loc num. 17.*

3: Leuteratio seu V. Supplicationem excipit jam (3) LEVTERATIO. Quæ in quibusdam curiis Germaniæ, præsertim in Saxoniâ sola consuetudine & moribus recepta est, quæ coram eodem judice super priori sententiâ vel obscurâ, vel iniquâ, declarandæ, aut ad æquitatem revocandæ gratiâ à Leuterante legitimè interponitur. Renneman. *Iurispr. Rom. Germ. membr. 4. disp. 49. th. 2.* Add. Dn Carpzov. *part. 1. const. 19. defin. 1. cum seqq.*

VI.

VI. Quæ *Leuteratio alio nomine* DECLARATIO SENTENTIÆ *vocari solet*, quod auté mihi *non in totum probatur*, quamvis in plurimis conveniant, & unum & idem sint. Enimvero (1) *Declaratio sententiæ* in jure communi fundata esse creditur, & quidem *in l. 4. §. Sed ab eo. ff. de Appellat.* testante Dn. Carpzov. *d. loc. num. 5.* & Gail. *1. obs. 116. num. fin. Leuteratio verò* nihil loci in jure communi habet. (2) *In Leuteratione* petimus non tantum verba sententiæ obscura declarari, sed etiam corrigi, emendari, & aliquando sententiam in totum mutari, ut praxis docet; *In declaratione sententiæ* verò petimus saltim incertam & obscuram sententiam declarari: qui auté declarat, nihil de novo dat vel facit, (i.e. corrigit, vel mutat.) sed datum vel factum significat & declarat. *l. 21. §. si quid. 1. ff. qui testam. fac. poss.* (3) *Leuteratio* legitime interposita supendit sententiam à viribus rei judicatæ, quia habet eundem effectum, quàm appellatio. Dn. Carpzov. *allegat. loc. defin. 1. num. 8. & 9. Declaratio sententiæ* verò non suspendit sententiam, ne transeat in rem judicatam, quia hoc nulla lege probatur. vid. Schneidevv. *ad Institut. tit. de Action. §. Curare 32. num. 34. 35. 36. & 37.* (4) *Potestas declarandi* & interpretandi sententias non solum jure nunc Saxonico, sed etiam jure civili, & sic in omnibus judiciis, ubi jus civile norma justitiæ est, locum habet, adeo ut peti possit declaratio sententiæ, etiam in iis judiciis, ubi Leuterationem interponere non consuevit; Quod autem *secus est in Leuterationibus*, quæ non nisi in locis, ubi receptæ sunt, obtinent. vid. Emèr. à Rosbach *process. civil. tit. 77. num. 5.*

Declaratio sententiæ. Quæ tamé in nõnullis differunt. 1. Differentia. 3. differentia. 4. differentia.

VII. *Nec obstat*, quod Declarationes & Interpretationes Sententiarum in Camera rejici soleant, testante Gail. *d. lib. 1. obs. 116. in fin.* Cùm propterea non adimatur Cameræ illa declarandi potestas. Causas autem rejectionis recenset Gail. *d. l.* duas, quibus tertiam addo, quod non de tali augustissimo & illustrissimo judicio sententiam obscuram proferre facilè præsumendum sit.

Objectio. Resp.

VIII. Quin & *Superleuteratio* seu Leuteratio Superior Oberleuterung in aulis Saxonicis, sed non nisi in causis in primâ instan-

Superleuteratio quoque usitata est.

instantiâ ibi cœptis, & sententii s solummodo definitivis obtinet, & vice Appellationis vel revisionis est. vid. Dn. Carpzov. *Jurisprud. for. d.l. defin.4. num.4. & 5.* & *constit. 20. defin. 25. num. 7.* Iung. Renneman. *Jurisprud. Rom. Germ. membr. 4. disp. 49. th. 10. & lit. C. & D.*

4. Revisio actorum. IX. Ordine & loco (4) jam venit REVISIO Actorum, quam pars sententia judicis Cameralis gravata per Imperatoris ac Statuum Imperii Commissarios, junctis Præsidibus & Assessoribus Cameræ, (qui Revisores vocantur) legitimè & secundum ordinationem Cameræ fieri petit. Ordin. Cam. *part. 3. tit. 53. per tot.*

Petens Revisionem debet idoneè cavere. X. Debet autem pars petens ante institutam Revisionem certam pecuniæ summam pro qualitate causarum & personarum ad arbitrium Dnn. Visitatorum deponere, vel idoneè cavere, quæ in casum succumbentiæ fisco in pœnam temeritatis, & sumptuum refusionem cedit. d. Ord. Cam. *tit. 53 §.* Und damit 2. & 5. Im fall 7. Ubi quoque expresse cautum legitur, quod post revisionem nec appellatio, nec supplicatio, nec alia revisio locum habeat; Sed statim prior sententia executioni mandanda sit, unde rectè colligit Gail. *1. obs. 154. num. 3.* Interpositâ revisione, sententiam priorem suspendi, quod etiam ex Petro Heigio *part. 1. quæst. 10. num. 63. & seqq.* Dn. Carpzov, approbat *part. 1. constit. 20. defin. 16. n. 5.* Consentit Dn. Rennem. *d. l. memb. 4. disp. 50. thes. 17.* *NISI* quod quasdam causas, ubi, Revisione non obstante, ad excutionem procedi possit, excipiat vid. *ibi allegat.* Recess. Imper. & Schvvanman. quamvis *Jure Communi* in supplicatione, quæ adinstar Revisionis est, executio non suspendatur, sed præstita sufficienti cautione de judicato faciendo, effectui suo tradatur. *sup. dict. Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imper. offerend.* Gail. *1. obs. 154. num. 3.* quod tamen uti *th. 3.* dictum, in nonnullis judiciis aliter observatur. Quid porrò circa Revisionem obtineat, quomodo petenda & instituenda sit, vid. pleniùs in d. Ord. Cam. *d. l.* Confer. Andr. Gail. *1. obs. 153. 154 & 155.* & Rennem. *d. tract. memb. 4. disput. 50. â thes. 9. usque ad th. 11.*

Quid hodiè circa Quid verò HODIE tàm in supremo judicio aulico Cæsareo,

quàm

quam Camerâ Imperiali circa eam ex sanctionibus publicis novissimis amplius observandum veniat, de eo partim ex instrumento Pacis Osnabr. ad *cap 3 thes.3.* dixi; partim & *altero membro* hujus disputationis *ex Recess novissim.* dicturus sum. revisionem obtineat, vid. &c.

5. Querela nullitatis

XI Sequitur nunc (5) Querela NVLLITATIS. Quæ respectu solennis Appellationis Provocatio simplex est, & vel principaliter vel incidenter, ut Dd. loquuntur, super sententia, vel actu seu processu ipso jure nullo plerumq;, & quod tutius & receptius HODIE est, coram judice & quidem (ut in Appellationibus) proximè superiore legitimè instituitur.

De querelâ Nullitatis principaliter institutâ.

XII. PRINCIPALITER autem querela nullitatis instituitur, si dicimus, sententiam, vel actum seu processum esse nullum, ejusque rescissionem absque ulla Appellationis nominatione petimus. Vbi *probè notandum*, quod inhibitio non facilè decernatur, aut executio retardetur, etiamsi supplicans nullitatem allegaret notoriam, cùm enim hoc casu sit præsumptio pro sententia, supplicantis narratis non creditur, *Auctor Pandect. Camer.* Roding. *edit. noviss. lib. 1. tit. 21. §. 3. in not.* ubi saltim unam causam excipit, in qua *Anno 1659. 11. Februar.* ob nullitates contra Constitutiones Imperii aperte commissas, inhibitio cum citatione ad videndum deduci principaliter nullitates simul decreta facit. INCIDENTER verò è contrario querelam hanc proponimus, quando unà cum appellatione interpositâ nullitas in judicium deducitur *l. quædam mulier 41. ff. famil. hercifcund.* Ordin. Cam. *part. 3. tit. 34.* Bart. & *commun.* Dd. *in l. 19. ff. de Appellat.* Innocent. *in c. cum delicto X. eod.* VVesenb *parat. tit. de Appellat. num. 8.* Mynf. *cent. 5. obs. 91.* & *cent. 4. obs. 63.* Add. Gail. *1. obs. 127.* (& tunc mensuratur juxta Regulas Appellationum. Roding. *d. l.*)

& incidenter.

XIII. Et hoc solet fieri vel expresse vel tacite. *Expresse:* quando alternativè seu disjunctim appellatur. e. g. Dico sententiam esse nullam, vel si qua est, iniquam, & tunc appello. Bart. *in l. qui testamento. §. Idem quæro, num. 7. ff. de excusat. tutor.* Mynf. *dd. loc.* Treutler. *in not. ad Iurisprud. Vult. c. 32. in fin.* quo casu uno & simultaneo processu primò nullitas, deinde in eventum, vel expresse.

 si fortè

si forte illa deficiat, iniquitas deducitur, Ord. Cam. *part 3. tit. 34.* verb. Vnd bitten über die Nullitet zuerkennen/ vnd ob die nit gegründet befunden/ als dan vnd nicht ehe auff die andern Klag der Iniquitet vnd ungerechtigkeit des vörigen Rechtspruchs zu urtheilen Gail. *1. obs. 42. num. 7.*

Vel tacitè. XIV. *Tacite* autem fit, quando equidem Appellans in appellatione principaliter super iniquitate sententiæ conqueritur, interim tamen in deductione gravaminum iniquitatis, causas quoquè nullitatis deducit, vel saltim innominatim Nullitatem causæ allegat, quo casu & cum ipse judex ex actis eam deprehendit, ex officio, parte etiam non petente, vel lite nondum contestatâ, super Nullitate pronunciari potest, cum nullitas semper tacitè insit appellationi. Vid. Ord. Cam. *part. 3. tit. 34. §.* vnd soll also *in fin.* Mynſ. *cent. 1. obs. 20. & 38.* VVurmſ. *tit. 24. de appellat. obs. 39.* Gail. *1. obs 77.* Rennem. *memb 4. disput. 46. per tot.* & præsertim *thes. 29.*

Nota. (1) XV. Notandum venit (1) circa querelam Nullitatis, quod *Iure Communi* remedium Nullitatis intra xxx. annos etiam in Camerâ opponi possit, cum personales actiones 30. annos durent. *l. 3. C. de præscript. 30. annor.* Gail. *1. obs. 127. num. 8.* Vant. *de Nullitat. sent. tit. quid sit nullitas. num. 2.* Dn. Caspar Klock. *vol. 2. cons. 47. num. 16.* Dn. Carpzov. *part. 1. const. 26. defin. 21.* Limita

Limita. (1) (1) nisi causa ipsa breviori vel longiori temporis spacio sit circumclusa,

Limita. (2) Bald. *ad l. 11. C. qui accusar. non possunt.* (2) aut per statutum certus terminus definitus, ut in *foro Saxonico*, ubi intra sex septimanas & tres dies, Sächsische frist à die publicatæ sententiæ nullitatem allegare licet. Ordin. *process. Iudic. Elector. Saxon. tit. 38. in pr.* & in Ducatu *VVolfferbyt.* ubi saltim sex septimanæ conceduntur, testante Nobiliss. Dn. Præsid. *ad VVesenbec. tit. quæ*

Limita. (3) *sentent. sine appellat. rescind.* (3) Aut excipiendo proponatur, quo casu perpetuò opponi posse tradunt Cravet. *Consil. 268.* Cavalcan. *part. 1. decis. 23. num. 33.* & Dn. Caspar. Klock *d. consil. 47 num. 18.*

Nota. (2) XVI Notandum (2) est, quod interposito remedio Nullitatis, executio prioris sententiæ regulariter, uti dictum, non impediatur.

atur. *clem. 1. de sentent. & re judic.* Sacc. *d. tract. quaest. 19. remed. 1. concl. 4. n. 1.* Berlich. *part. 1. conclus. 11 n. 11. & seqq.* NISI (1) NVLLITAS SIT NOTORIA & evidens, & ex ipsis actis appareat, vel in continenti probari possit, nec altiorem indaginem requirat. Emer. à Rosbach. *processʃ. civil. tit. 72. num. 33.* & *seqq.* & *ibi allegat.* *Dd.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 64.* ubi praejudicium Camerale. VID. TAMEN *Auctor.* Roding *theſ. 12. citatum.* (2) NISI executio sit irretractabilis, ut in criminalibus. (3) AVT nullitas cum appellatione jungatur. Scacc. *d. l. num. 6. & 92.* Berlich. *d. l. num. 29.* Dn. Brunneman. *processʃ civil. cap. 28. num. 110. & 111.* Limita. (1) Limita. (2) Limita. (3)

XVII. Notandum (3) quod Nullitas committi possit tàm extra: quàm judicialiter. EXTRAIVDICIALITER: Vt in contractibus, testamentis & similibus. quo casu, si inde controversia oriatur, semper nullitas coram ordinario loci proponenda & deducenda est; Sin autem IVDICIALITER Nullitas sit commissa, *distinguendum est*, utrum agere velimus de Nullitate (puta: alicujus decreti vel interlocutoriae) ante sententiam definitivam, & quidem seorsim absque appellatione, vel una cum appellatione. *Primo casu*, coram eodem; *Altero verò* coram judice Appellationis nullitas proponi & exprimi debet. Nam si una cum appellatione ab interlocutoria, nullitas non exprimatur, de eâ judex non cognoscit, cùm non Nullitas, sed gravamen duntaxat expressū devolvatur, per *cap. ut Debitus 59. X de Appellat.* (quod autem SECVS EST IN APPELLATIONE A DEFINITIVA, ubi simul Nullitas, licet non expressa ad judicem appellationis tacite devolvatur) vid. Mynſ. *cent. 5. obſ. 92.* ubi, quid porrò in Nullitate à definitiva obtineat, subnectit. Add. tamen Brenneman. *d. tract. memb. 4. disput. 46. theſ. 21.* qui cum Andr. Gail. *1. obſ. 127. n. 7.* tutius & HODIE receptius fore coram superiore Nullitatem deducere existimat, maximè si Nullitas (quod utplurimum fieri solet) propter malitiam, imperitiam, vel sordes à judice commissa sit, quorum si denuò existeret cognitor, res periculi plena futura esset. Nota. (3)

XIIX. Notandum (4) quod & variis modis COMMITTATVR NVLLITAS (1) RATIONE PERSONARVM, ut: ob Nota. (4)

 judi-

judicis, vel actoris, vel rei, vel alterutrius procuratoris inhabilitatem. Vant. *de Nullitat. sentent. ex defect. juri. d. rubr. de Nullitat. ex defect. inhab.* (2) *RATIONE PROCESSUS*, ob non servatum ordinem judiciarium *l. prolatam. 4. C. de sentent. & interlocut. omn. jud.* vid. *Auctor Pand. Cam.* Roding. *lib. 1. tit. 33. in Comment.* (3) *RATIONE TEMPORIS.* Si sententia feratur die feriato. *l. 4 C. quomod & quand. judex sentent. &c.* (4) *RATIONE LOCI*, si extra forum lata sit. (5) *RATIONE IPSIUS SENTENTIÆ* contra apertissima jura, vel statuta, vel consuetudinem prolatæ, expr. text. *in d. l. 19. ff. de Appellat. l. 2 & 5. C. quand. provocar. non est necess.* vel etiam contra sententiam, quæ transivit in rem judicatam. *l. 1. C. eod.* Dn. Carpzov. *part. 1. const. 26. defin. 14.* vel denique ad falsa instrumenta & dicta testium, quo *ultimo tamen casu* præstaret petere restitutionem in integrum. propter *l. 2. verb. ex integro de causâ audiuntur.* & *t. t. C. si ex falsis instrument.* Add. Renneman. *d. tr. memb. 4. disp. 46. th. 11.* Hinc obiter

Nota. (5) XIX. Notandum (5) quod & Nullitatis querela cum restitutione in integrum cumulari possit per *expr. c. constitutus 8. X. de in integr. restitut.* intellige *alternative* hoc modo: Sententia nullitate laborat, aut saltim remedium restitutionis contra eam indulgendum est. Roding. *Pand. Camer. edit. noviss. lib. 1. tit. 34. in addition.* Quod etiam *IN CAMERA* observatur. Mynſ. *cent. 2.*

Quæstio. *obs. 25.* An autem adversus sententias Camerales querela nullitatis, vel restitutio in integrum locum habeat, probè examinat & *negative decidit* Roding. *d. l.* quem vide.

Nota (6) XX. Notandum (6) quod Summa Appellabilis in querela seorsim & principaliter in judicium deducta attendi debeat. Recess. Imper *de Anno 1570.* §. Ebener massen. Denais. *Jur. Camer. verb. Appellationis summa.* §. 3. Roding. *d. tract. lib. 1. tit. 20. §. 17. & tit. 33. §. 12. vid. supr. cap. 5. th. 5. in fin.*

Nota (7) XXI. Notandum (7) quod supplicantes primò soleant de stylo communi intra decendium super nullitate principaliter in judicium deducenda coram judice à quo protestari, medioque instrumento factæ protestationis citationem extrahere, quod si negligant, necesse est, ut antequam processus impetrent,

nulli-

nullitates substantiales ex actis deducant. Quod pro *cautela* observandum monet Auctor Roding. *in dict. tract. lib. 1. tit. 33. in Commentar.* Cautela.

XXII. Notandum denique (8) quod Nullitas ratione processus *non semper in Camerâ* attendatur, & desuper pronuncietur, maximè si de meritis causæ constet, uti testatur Gail. *1 obs. 42. num. 1.* Mynf. *cent. 1 obs. 27.* quando autem & qualiter super Nullitate processus pronunciari soleat, vide Gail. *dict. loc. num. 7.* Nota (8)

XXIII. Altera simplicis provocationis species est (6) RESTITVTIO in integrum: quæ est *remedium extraordinarium* & alias ultimum, quo executio suspendi solet, asylum, per quod CONTRA SENTENTIAM, quæ transiit in rem judicatam, ex capite minorennis ætatis, VEL doli, vis ac metus, VEL ex absentiæ causâ, VEL etiam *ex clausulâ generali*, si qua alia justa causa videatur, quis in integrum pristinumque statum, quo ante fuit, perinde ac si nullum negotium gestum esset, à Prætore restituitur. De quâ videri possunt septem priores titul. *libri 4. ff. & à tit. 20.* usque ad *tit. 56. lib. 2. Codicis.* 6. Restitutio in integrũ.

XXIV. Debet autem Restitutio in integrum peti intra quadriennium, *si minor sit*, à tempore, quo major factus fuerit; *Sin Major*, à tempore latæ sententiæ computandum. Vult. *Iurisprud. Rom. lib. 2. cap. 33.* quod *LIMITATIONEM* tamen in Majore Reipubl. causa absente pati videtur, ubi non à tempore scientiæ, sed finitæ absentiæ Reipublicæ causa numeratio instituitur. *per l. fin §. 1. C. de tempor. in integr. restitut.* verb. *Ita & in majorum &c.* Intra quod tempus restitutionis causa etiam expediri debet, ut vult Mynf. *cent. 1. obs. 51.* quod tamen propter causarum multitudinem IN CAMERA non ita observatur. Mynf. *d. l. in fin.* Quæ intra quadriennium peti, Et expediri debet. Fallit in Camerâ.

XXV. Debet quoque restitutio peti non calumniosè & non ex causis antea allegatis, vel ex novis injustis tamen, & quidem sub pœnâ executionis & expensarum, & fieri debet articulatim. Ord. Cam. *part. 3. tit. 52.* & semel tantum in unâ causâ, Quomodo petenda sit.

NISI novæ prætexantur rationes, quod quoque IN CAMERA ita obtinet. Mynſ. *cent.1. obſ.52.*

In quibus caſibus. XXVI. Reſtitui non ſolùm contra ſententias quis poteſt, ſed & adverſus lapſum fatalium. uti ſupra *cap. 6. theſ.21.* ex Gail. & Mynſ. oſtenſũ fuit. NEC NON *ex l.2.C.de reſcind. vendit & ex tot. tit. X. de reſtitut. ſpoliator.* Quæ DVÆ POSTERIORES RESTITVTIONES tamen non ad illud remedium extraordiuarium pertinent, ſed AD ORDINARIVM, quod ex ipſo jure communi, ejuſque regulis datur, & per modum ordinariæ actionis tractatur, quod in remedio extraordinario ſecus eſt, cùm illud per modum implorationis quæratur. Vid. Auctor *Pandect. Camer.* Roding. *lib.3 tit.60.pag. m.877.*

XXVII. Hic venit notandum, ſi Reſtitutio in integrum adverſus rem judicatam poſtulatur, quod tunc ſumma appellabilis quoque conſideranda ſit. Rec. Imper. *de Anno 1570. §.* Ebener maſſen. Roding. *d.tract. lib.1. tit.20. §.porrò 17.*

7. Reductio ad arbitriũ boni viri. XXIIX. Teria ſpecies provocationis ſimplicis eſt (7) REDVCTIO ad arbitrium boni viri. Quando à ſententia arbitratoris ad judicem competentem ſeu ordinarium, coram quo cauſa ipſa alioquin (puta ſi compromiſſum non fuiſſet) examinari debuiſſet, provocatio inſtituitur. Gail. *1.obſ.149.num. 2.* Mynſ. *cent. 2.obſ.61.* Add. Marant. *d. tract. part.6. de appellat. num. 126.*

Limitatio. ubi in fine LIMITATIONEM addit: niſi ex formâ alicujus ſtatuti habeant lauda executionem & actionem, quo caſu judex laudantis ſeu arbitratoris adeundus, per ea, quæ dicit Bart. *in l.2. C ubi & apud quem.*

Reductio peti poteſt intra 30. annos. XXIX. Vbi porrò notandum, quod quiſpiam reductionem uſque ad 30. annos petere poſſit, nec intra illud tempus ſententiam arbitratoris (quam vulgo laudum, ſed rectius arbitramentum vocant) tranſire in rem judicatam, quod ETIAM CAMERA ſequitur, teſtante Gail. *1.obſ.150. n.2.* Add Bern. Grævæum *ibi.* & Marant, *d. part.6. num.124.* ubi & quidem *num.127.*

Quæſtio.1. addit QVÆSTIONEM: An ſi per pactum Reductioni renunciatum & juratum ſit, nihilominus reductio peti poſſit abſque

Diſting. abſolutione à juramento? Vbi *diſtinguit* inter modicam & enormiſſi-

missimam læsionem, quod *illo casu* non; *hoc vero* peti possit absque ulla absolutione à juramento per Bald. *in l. fin. C. de non num. pecun.* quamvis absolutionem petere consilium Theologorum sit.

XXX. An autem à Iudice Reductionis confirmante vel retractante Laudũ appellari possit, vid. Gail. *1. obs. 149. n. 4. & 5.* ubi *contra Bart. & alios* Baldi opinionem *AFFIRMATIVAM* tanquam æquiorem, & à multis probatissimis autoribus approbatam sequitur. Quæstio 30. Affirm.

XXXI. An denique in Reductione ad arbitrium summa appellabilis attendenda sit? Quod *NEGANDUM* videtur, vid. *edit. noviss. Pandect. Cam.* Roding, *lib. 1. tit. 35. in fin.* Ratio fortasse hæc est: quia cùm arbitratores, nullâ juris solennitate observatâ, controversiam amicè ex æquo & bono componant, parti læsæ deductio sui juris propter summam inappellabilem adimeretur, quod sanè esset iniquam, cùm à principio statim, remotis arbitratoribus causam suam coram judice ordinario per simplicem querelam introducere potuisset. Quæst. 31. Neg.

XXXII. Obiter *notandum*: quod arbitrorum tres sint species (1) *ARBITRI IURIS*, qui & Necessarii dicuntur, qui eliguntur legis necessitate, quando forte judex ante litis contestationem pro suspecto habetur. *l. fin. C. de judic. c. 61. X. de Appellat.* Bart. *in l. 1. num. 4. C. de arbitr.* Mynf. *cent. 4. obs 68.* & ab his indistincte appellatur, (uti *cap 3. th. 13.* dictum) quia habet jurisdictionem. Mynf. *d. l. num 9. & seqq.* Gail. *1. obs. 33. in fin.* ubi *NOTANTER* dicit: non ad judicem suspectum & recusatum, sed hujus superiorem appellari debere, quia arbitri juris in locum suspecti & recusati judicis succedant. uti quoque suprà *cap. 4 th. 26.* admonitum fuit. Add. *l. 1. & fin. in fin. C. de judic. d. c. 61. X. de Appellat.* verb. *ad superiorem transmittat.* Arbitrorũ tres species. 1. Arbitri juris.

XXXIII. Deinde *ARBITRI COMPROMISSARII*, qui & voluntarii vocantur, qui de consensu partium, loco judicis plerumque sub stipulatione pœnæ eliguntur, ita tamen, ut tanquam Ordinarii judices, observato juris ordine, procedant, & sententiam (quæ vulgò *LAUDUM* vocatur) dicant. 2. Arbitri compromissarii.

germ.

germ. Willkührlicher Richter. Ab his regulariter non appellatur. *l.1.C. de Recept. arbitr. l.32. §.14. ff. eod.* *NISI* laudum contineat enormissimam læsionem, vel evidentem & manifestum iniquitatem, quo casu admittitur appellatio, (uti supra *cap. 3. th. 12.* ostensum fuit) etiamsi compromissum jurejurando confirmatum sit. Gail. *1. obs. 149. in princ.* & *obs. 150. num. 8 & 9.* Mynf. *cent. 4. obs. 68.* Confer *edit. noviss. Pandect. Camer.* Roding *lib. 1. tit. 35. pag. m. 408.* dummodo sententia arbitri non sit homologata vel expresse vel tacite. Censetur autem *TACITE APPROBATA VEL HOMOLOGATA*, quando partes tacent per 10. dies, & non improbant sententiam, nec de eâ conqueruntur etiam extrajudicialiter, tunc enim sententia arbitri mandatur executioni post decendium, & non potest ulterius per partem improbari *l. 5. & ibi* Bald. & Dd. *communiter.* vid. tamen limitationes apud Marantam *d. tract. part. 6. de appellat. num. 265. & 266.* ubi etiam post 10. dies executionem suspendi posse asserit, sed credo, non per appellationem, sed forte exceptionem doli, vel querelam Nullitatis, &c. *EXPRESSA HOMOLOGATIO* est, si partes laudo acquiescant & contenti sint. vid. Gail. *dict. obs. 150. num. 13.*

3. Arbitratores. XXXIV. Tertiò *ARBITRATORES* sunt, qui dicuntur amicabiles compositores de communi partium consensu absq; pœnæ stipulatione electi, ut omni prætermisso ordine juris disponant inter easdẽ, prout sibi æquum videtur. Germ. Gütliche Unterhändler. *l. 6. ff. pro socio. l. 43. ff. de verb. obligat.* de quibus hîc peculiariter mihi sermo fuit. vid. plura apud Emeric. à Rosbach. *process. civil. tit. 6.* Gail Mynf. & Marantam. *dd. loc.* Schvvanm. *obs. Pract. Camer. Imper. obs. 25.* Renuem. *d. tr. membr. 4. disp. 50. th. 20. & seqq.* & *ipsi allegat.* Dd.

8. Syndicat9 quid. XXXV. Superest (8) SYNDICATVS. Qui est actio (aliis accusatio) quâ coram superiore judicis inferioris sententia per dolum, vel corruptionem, vel affectum judicum, aut prævaricationem procuratorum lata impugnatur. Ordin. Cam. *part. 3. tit. 53.* §. ob sich aber.

XXXVI.

XXXVI. In petendo autem & instituendo syndicatu eadem forma, & eædem processus leges observantur, quæ in revisione, d. Ordin. Cam. *§. fin.* verb. auch den Proceß derhalben fürzunehmen / inmassen hie oben der Revision halber gesetzt. Et certè Syndicatus est Revisionis appendix, testant. Ord. Cam. *d l.* & Rennem. *d tr. memb. 4. disp. 50. thes. 18.* Quomodo actio Syndicatus instituatur?

XXXVII. Tenetur autem Iudex corruptus parti læsæ ad sumptus litis, damna & interesse: quatenus enim pars per sententiam de facto læsa est; eatenus judex læsionem resarcire tenetur per *l. 19. in fin. C. de testib. l. 15. ff. de judic. l. 5. §. 4. de oblig. & Act. l. 2. C. de pœn. Iud. qui male judic.* Iudex corruptus ad quid teneatur.

XXXIIX. Potest etiam judex ex imperitiâ judicare, & litem suam facere. *princ. Inst. de oblig. quæ qu. ex del. nasc. l. fin. ff. de extraord. cognit.* Sed hoc potius ad revisionem, quàm Syndicatum spectare *ex Ord. Cam.* Dd. existimant. vide Gail. *1. obs. 153. in fin. & ibi Bart. ad d. l. 2 & Dec. allegat.*

XXXIX. Ne autem judex imperitè judicet, sequi debet communem opinionem Dd. quod tamen non ita crudè intelligendum censet Gail. *d. obs. 153. num. 6. quem vide.* Confer Renneman. *d. tr. Membr. 4. disput. 3. in appendice.* Qui nõ vult imperitè judicare, sequi debet communẽ opinionẽ Dd.

XL. Putaverim tamen, *non unâ eademque pœnâ* plecti posse judices imperitè, & dolosè vel ex corruptione judicantes; CVM ILLI saltim, in quantum æquum visum fuerit judici, condemnari debeant, *d. princ. Instit. de obl. quæ quas. ex del. nas. d. l. fin. ff. de extr. cognit.* & in quantum facere possint Menoch. *lib. 2. A. Q. casu. 339 num. 5.* HI VERO insolidum teneantur *d. l. 2 C. de de pœn. judic. qui mal judic. d. l. 15. ff. de judic.* Iunct, *l. 3. & 7. §. 3. ff. de Leg. jul. repetund. l. fin. C. eod.* Donell *lib. 28. cap. 2.* Tusc. *concl. 404. lit. I.* Colleg. Argentor. *de re judic. num. 72.* Iunge Bart. *ad. d. l. 2. C. de pœn. Iud. qui mal. judic.* qui sic pulchrè distinguit inter judicem ex imperitia, & ex dolo (puta: per sordes venalesq; manus) judicantem. remissivè. Diversa pœna Iudicantium ex imperitiâ, & dolo.

XLI. AN autem syndicatus actio suspendat executionem, quæstionis est? Quod AFFIRMANDVM videtur, quia Ord. Cam. *in part. 3. tit. 53.* & Dd. *communit.* Syndicatum cum Revisione Quæstio.

conjungunt, (& putaverim Syndicatum absque Revisione commodè peti non posse) Revisio autem suspendit, ut antea *thes. 10.* dixi, executionem, E. & syndicatus. (2) quia in syndicatu major ratio suspendendæ executionis, propter fortè commissum dolum, est, quam in Revisione, ubi saltim culpa & imperitia judicis argui solet. vid. *Edit. nov. Pandect. Cam.* Roding. *lib. 3. tit. 62.* Add. Parid. de Puteo. *tract. singul. de Syndicatu.* ubi *tit. de off. Synd. cap. 1. num. 6.* Syndicatum indistinctè non indulgendum esse monet.

Syndicatus tempore Iustiniani Imper. an in usu fuerit?

XLII. Olim, quod ex *Iure Civili* mantissæ loco addendum, constitutum fuit, ut judices post depositam administrationem L. DIES in civitatibus vel certis locis permanerent, & sui copiam in publico facerent, iisque, qui de illis conqueri vellent, responderent. *l. un. C. ut omnes judic.* & ibi Cujac. *in Paratitl. Nov. 8. c. 9.* Ex quo Syndicatum & tùm temporis in usu fuisse liquido constat.

Conclusio membri primi.

XL*III.* Nunc RESTARET, ut quoque de reliquis Appellationum affinibus & cognatis, puta: Protestatione, Avocatione causarum, & suscepto itinere ad Pontificem: nec non de Appellationum contrariis (Renunciatione appellationis, exceptione rei judicatæ, confessione in judicio facta & transactione, &c.) agerem; sed properandum est ad alterum disputationis membrum. Remittimus cupidum lectorem ad Dd. Bart. *in l. 8. §. 1. & 6. ff. de op. nov. nunc. & in l. 11. C. depos.* Coler. *2. decis. 289. in fin.* Rennem. *Iurisprud. Rom. Germ. membr. 4. disput. 50. à thes. 24. ad th. 39.* Covarr. *pract. quæst. 9. n. 1.* Berlich. *part. 1. conclus. 6. n. 9. & part 1. decis. ult. num. 4.* Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 1. num. 180.* Scepliz *ad consuet. Marchic. part. 2. tit. 3. §. 6. num. 3.* Gail *1. obs. 41. num. 3.* Dn. Brunnem. *Proces. civil. cap. 28. num. 130. 131. & 132.* & elegant. *Auctor Pandect. Camer* Roding. *edit. noviss. lib. 1. tit. 3.* Hillig. *in Donell. enucl. lib. 17. cap. 18. lit. D.* Gudelin. *de iur. noviss. lib. 4. cap. 16. & 17.* Suarez. *in l. post rem judicatam. §. nota tertio.* & alios ipsis citatos complures.

FINIS MEMBRI PRIMI.

DISPU-

DISPUTATIONIS INAUGURALIS MEMBRUM SECUNDUM DE NOVISSIMO JURE APPELLATIONIS

ex Recessu Imperii de Anno 1654. communibus Decretis & Resolutionibus Cameralibus novissimis, hactenus publicatis, & quomodo secundum ea tàm Appellatio, quàm cætera remedia suspensiva præsertim in Camera Imperiali rite & rectè institui possint.

CAPUT I.

De præparatoriis & interpositione Appellationis.

THESIS I.

Rite & rectè interpositurus Appellationem secundũ jus imperii novissimum ante omnia consideret summam, an appellabilis vel non sit, ubi sciendum, quod nuperrimè in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1654. propter multitudinem causarum appellationis ad Cameram indies decurrentium summa appellabilis 300. florenorũ rursus adaucta fuerit, ita ut 400. THALERI Imperiales in capitali HODIE faciant summã appellabilem, & 16. THALERI in annuis reditibus. d. Recess. Imper. *de anno 1654.* §. Viertens soll die Summa. 106. (ubi notandum, quod simul & eo ipso Statuum Imperii Sũmmæ appellationum minores ad eandem quantitatem extensæ sint.) Hodie summa Appellabilis 400 thaler.

II. Sed summa hæc appellabilis *fallit* (1) in Statibus & Civitatibus Imperii privilegia de plane non, vel non infra eam summam appellando consecutis, quæ strictè servanda, & tabulæ novæ inscribenda, & in senatu suspendenda esse jubet d. Rec. Imper. 1654. §. Drittens sollen. 105. Fallit (1) in Statibus imperii privilegiũ majoris summæ, vel de omnino nõ appellãdo habentibus.

III. Fallit (2) Si appellantis tota substantia summam bis millia florenorum non excedat, idq; sufficienti judicis inferioris Fallit (2) si appellãs saltim

1000. flor. in bonis habeat, quo casu à 300. flor: appellari potest.

ris ut ordinari magistratus attestato, vel etiam ipsius appellantis, quando perjurii suspicio non subest, juramento probari possit; Hic enim adhuc à summa 300. florenorum in capitali rectè ad Camerā appellat, & processus decernuntur. d. Rec. 1654. §. Auff das anch. 108. Sic ad oblatum & præstitum Iuramentum Processus hoc modo decreti in quadam causa *16. Augusti 1655.* testante Auctor *Pand. Camer.* Roding. *lib. 1. tit. 20. pag. 265.* Hic obiter notandum quod singuli floreni in Camera Imper. & ejus ordin. *part. 2. tit. 28. §.* vnd sonderlich. *3.* usitati valeant xv bacos sive ursatos, Batzen, vel LX. crucigeros, Creutzer: in nostrâ monetâ vero xxi grossos argenteos. Ein guter oder Herren gülde / Güldenthaler vid. VVehner. *Pract. observ.* voc. Goldgülden. *vers. hisce tamen omnibus non obstantibus p. m. 247.* Roding. *d. tract. lib. 3. tit. 37.*

Diversa capitalia & cum iis usuræ cessæ & adjudicatæ conjungi possunt.

IV. Ad *thes. 1.* probè notandum venit, quod non solum plures & diversæ summæ capitalium, sed etiam census sive pensiones cessæ, aut per sententiam judis expresse adjudicatæ cum sorte pro jurisdictione fundanda cumulari seu conjungi possint. Gail. *1. obs. 123. n. 3.* Mynſ. *cent. 5. obs. 83. n. 4. & seqq.* Exemplum habemus in causa Mengers cont. Vogische Erben appellationis, in quâ Capitalis erat 300 Imperialium, cum pensionibus verò 600. Imperialium, quæ causa in Camera acceptata est *6. Iulii 1657.* Imo quod solummodo ratione pensionum processus decerni possint, quemadmodum nuperrime *in anno 1659.* in causa quapiam appellationis tale decretum extrajudicialiter latum fuit. Wofern Supplicant besser beweisen wird / daß das abgesprochene alterum tantum sich so hoch / als summa appellabilis in privilegio Brunsvicensi erfodert / belauffe / soll darauff ergehen was recht ist.

In summâ appellabili illud, in quo appellans per sententiā læsus est, attenditur, cōtra Gail. & Mynſ.

V. Porrò notandum, quod licet juxta Gail. & Mynsing. *dd. loc.* ad cognoscendam summam appellabilem spectari debeat, quantum in libello ab actore petitum, non quantum debeatur, vel adjudicatum fuerit in primâ instantia: tamen Auctor Roding. *Pand. Cam. edit. noviss. d. lib. 1. tit. 20. p. m. 270.* contrarium statuat, scilicet quod minime, quantum in libello petitum, sed in quo appellans sive is actor sive reus fuerit, se gravatū in camerâ conqueritur, attendendum sit per *l. in offerendis 37. verb. ex ipsa scilicet*

senten-

sententia judicis decernendam, C. de Appellat. & SCtum Camerale *de anno 1503.* quod etiam in causis injuriarum certa pecunia ab actore æstimatarum observandum esse jubet d. SCtum. vid. alleg. Roding. *d.l.* ubi Denais. Græveum *ad Gail.d.l.* & Dn. Klock *relat. 4. num. 14.* adducit.

VI. Quid vero, si summa non sit appellabilis, & tamen altera pars gravamen sibi illatum queratur? Eo casu ad ordinarium Magistratũ, seu quod tutius, summum principem supplicare, & revisionem, vel etiam transmissionem actorum ad universitatem, sive aliud collegium juridicum petere licet, nisi Statuum privilegia & ordinationes judiciales aliud inferãt, Deput. recess. 1600. §. Es soll aber den Unterthanen. *17.* & Recess. *1654.* doch mit diesem Zusatz. 107. Add. Denais. *in Iur. Cam. tit. 271. §. 14.* Et si hoc supplicandi beneficium vel transmissio actorum ad consilium sapientum denegatur, mandata sine clausula de non impediendo, uti jure constitutionum Imperii, vel de concedenda revisione, &c. in Camera impetrari possunt. quemadmodum antehac sæpissime factum, & nuperrime *Anno 1655. 6. Iulii* in sententia non devolutoria hoc additamentum fuit annexum. Jedoch so viel die geklagte abgeschlagene revision belanget / ist der bescheidt / wofern ermeldter Kläger dadurch beschwert zu sein vermeint / vnd selbige förmlich suchen wird / das alßdan darauff ergehen soll / was recht ist.

Quomodo gravatis summam appellabilem non habentib; succurritur.

VII. Cùm autem appellans summam appellabilem & se gravatum deprehendat, conficiat schedulam requisitionis, seu Appellationis, in qua exprimat necesse est judiciũ à quo, & ad quod appellare velit, inseratque sententiam & qua die & hora publicatam, & si merè interlocutoria sit, sua gravamina (alias lapso decendio sententia in rem judicatum transit, Ruland. *de commiss. c. 13. num. fin.*) rogatque in illa Notarium fide dignum cum adhibitis duobus testibus, ut memores sint hujus interpositæ appellationis, & ut Notarius sibi desuper instrumentum conficere velit, quam schedulam subscripto die, consule & nomine suo demum Notario cum consuetâ arrhâ tradit.

Appellans schedulam appellationis conficiat.

IIX. Eundem Notarium & testes insimul requirere potest,

Notificet Appellationem Iudici à quo & requirat acta.

test, ut judici à quo ante lapsum decendium inter positionem Appellationis notificet,& acta prioris instantiæ instanter & oblata cautione solvendæ mercedis requirat, (cum HODIE REQVISITIO ACTORVM inter fatalia annumeretur, & in locum petendorum apostolorum successisse videatur) si enim intra 30. dies ab interposita appellatione acta non requirantur, licet acta postea in primo termino producantur, tamen causa in Camera non solum ad instantiam partis appellatæ, sed etiam ex officio judicis, parte licet tacente vel non comparente, pronuntiatur deserta, quia appellans appellationi tacite renunciasse censetur. Ord. Cam. *part. 2. tit. 31. princ.* & *part. 3. tit. 31. §.* derwegen. 4. Recess. *1654.* §. ob er auch. *55.* & sic causæ *Anno 1658. & 59.* in Camerâ desertæ pronunciatæ sunt, uti præjudicis indubitatis Autor *Pand. Cam.* Roding. *lib. 1. tit. 25.* & *32. p. 387.* attestatur.

Quæ primo termino, seu documentum requisitionis producere tenetur.

IX. Non solum autem acta intra 30 dies requirat, sed etiam in primo (reproductionis) termino, vel minimum, si judex edere nolit, documentum factæ requisitionis à Notario confectum (quoniam privata scriptura de requisitione actorum attestans desertionem præcavere non potest, vid. *præjud.* apud Dn. Klock. *relat. 94.*) producat, quo casu judex incidit in pœnam 20. marcarum auri puri. Rec. Noviss. *1654. §.* ob er auch. *55.* (*NOTA*: Marcam auri puri valere 72. floren. aur. & juxta observantiam testante & dubitante, an recte, Autore *Pandect. Gamer.* Roding. *edit. noviss. lib. 3. tit. 11. p. m. 541.* solvi 96. Imperialibus) Si verò judex à quo terminum redimendi præfixerit, nec tamen intra eum ediderit, appellans acta ulterius requirere, ulterioremque requisitionem ulteriori documento intra hunc terminum sub præjudicio absolutionis probare tenetur. d. Rec. §. dabey gleichwol. 57.

Vlterius acta sunt requirenda.

Integra sũt edenda cũ mandato procuratorio.

X. Quid si judex tandem acta edere velit, integra cum inserto mandato procoratorio; non verò mutila & manca edenda sunt, alias sumptibus propriis judicis ejusque actuarij seu scribæ suppleri debent. Ord. Cam. *part. 2. tit. 31. §.* dieweil auch. 7. *& seq.* Introtulanda quoque, partibus utrinque aut eorum Procurato-

curatoribus præsentibus, & clausa in Camera exhibenda sunt sub pœna arbitraria tàm in judicem, quam partes litigantes statuenda. d. Rec. §. So dan sollen. 56. Iisque rationes decidendi tàm ipsius judicis à quo, quàm universitatis seu Collegii Iuridici clausæ adjungendæ sub pœnâ duarum marcarũ auri. d. Rec. §. desgleichen sollen. 54. & seq. Vbi Facultates & collegia Iuridica rationes sententiæ in chartam conjectas judici requirenti gratis dare jubentur.

Partibus præsentib. inrotulanda, & clausa in Camera exhibenda cum rationibus decidendi.

XI. Sin verò acta prioris instantiæ integra haberi nequeant, forte quod sint amissa, causa pro conclusa acceptatur, & per interlocutoriam actori in Camerâ de novo agere injungitur, & judex à quo pro arbitrio judicis Cameralis in unam aut duas marcas auri condemnatur. Gail. 1. obs. 134. num. 21 & 14. Mynf. cent. 1. obs. 11.

Si integra non sunt, quid tum?

XII. Hinc inspectio seu perlustratio actorum, an integrum edita sint, clientibus, aut ipsorum Advocatis non denegatur, d. Rec. 1654. §. wolte er aber. 59. quod tamen cum hac distinctione intelligendum, ut sollicitantes & Advocati non jurati à tali inspectione arceri debeant, ut dolosis subductionibus & omni fraudi via præscindatur. vid. Comm. Decret. de Anno 1657. 28. Ianuar. verb. Die Sollicitanten betreffend / läst man es in genere bey der Ordnung bewenden / vnd soll bey der Cantzley vnd Lesere Erinnerung beschehen / daß krafft besagter Ordnung demselben / wie auch denen von diesem Käyserl. Cammergericht nicht beeydigten Advocaten keine protocolla, Processus Sententiæ, documenta vnd dergleichen communiciret / weniger außgefolget werden.

Inspectio actorum non deneganda partibus, & eorum Advocatis. Limitatur.

XIII. Acta quoque non in membrana, sed charta scripta Ordin. Cam. part. 2. tit. 31. §. weiter. 5. ne supra, quam par est, æstimari ab inferiore judice, & taxatio in calce Actorum adscribi debet. d. Ord. Cam. §. als sich auch. 7. & seq. alias eorum taxatio non solum moderatur, sed etiam contra immoderatè taxantem monitoria decerni solent. Denaif. in Iur. Cam. tit. 3. §. 1. & 4.

Acta justo pretio taxari debẽt.

XIV. Recurrimus ad thes. 7. ubi dictum fuit, quod appellans Notarium requisitum, ut super facta appellatione instrumentum conficiat, rogare debeat: Hoc autem Instrumentum quod vocatur appellationis, non in papyro, SED MEM-

Instrumentum Appellationis in membrana scribi debet.

BRA-

BRANA scribatur. Costit. Maximil. von *Notarien de Anno 1512.* §. *Item* die *Notarien*. Eique inseratur (1) Annus & (2) dies appellationis, (3) dies latæ sententiæ, ejusque, si appellans procuratorem ad acta non habuerit, obtentæ notitiæ seu insinuationis (4) Iudex à quo & (5) ad quem (6) nomen appellantis & (7) appellati (8) Tenor sententiæ publicatæ cum Schedulâ Appellationis, quæ diem & consulem, itemque subscriptionem appellantis, ut supra dictum, contineat. (9) gravamina quoque, si inserta sunt, & (10) testes ad marginem instar indicis annotentur & exprimantur (11) Apponatur nomen sub manu propriâ Notarij, & signum Notariatus consuetum, & quæ sunt similia. vid. Roding. *edit. noviss. Pand. Camer. lib. 3. tit. 2. §. 9. p. m. 475.* & *tit, 21. §. 16. pag. 630.*

(Requisita Instrumenti.)

XV. Si autem Instrumentum hoc appellationis in papyro & non membranâ scriptum exhibeatur, processus non decernuntur, nisi supplicans civili & probabili allegato impedimento se offerat aliud in primo reproductionis termino producturũ. sic in causa Penz contra Mecklenburg appellationis *Anno 1649. 6. August.* tale decretum latum: verb: Erkandt/ jedoch das anerbotener massen bey der reproduction ein Instrumentum in membranâ unfehlbahrlich beygebracht werde / sed HODIE non ita huic rei fidendum, quod quandoque cum periculo denegationis processus, & elabendorum fatalium hæc oblatio sit conjuncta, vid. Roding. *d. tract. lib. 1. tit. 26.* §. *17. in not.*

Interdum in papyro sed non nisi certo casu exhibeatur.

XVI. Instrumento Appellationis ritè confecto, Appellans se ad solennia, ut vocant, offerre debet, hoc est, ad juramentum appellationis de non frivole appellando, VEL in judicio à quo juxta tenorem privilegii: VEL privilegio non existente, in judicio Camerali præstandum: Processus enim antequam in judicio à quo præstitum & documento probatum sit, vel, si in Camera præstari debeat, ante oblationem non decernuntur. Ord. Cám. *part. 2. tit. 29. §.* wo auch. *fin.* Recess. Noviss. *1654. §.* wie ebenmeßig. *67. & §.* vnd nach dem allen. 114 Et si Statuum privilegia Iuramentum in judicio à quo præstari exigant, appellans intra brevem ad hoc præfixum terminum à judice à quo admittatur, admis-

Appellans ad solennia se offerre debet. Vel in judicio à quo; vel ad quod Camerali.

admissus id præstet in persona, vel si Comites & Barones sint, per procuratorem. d. Rec. §. Auch zum sechsten 111. Quod si tamen Iudex à quo admissionem detrectat, protrahit aut moram nectit, eo casu petat appellans documentum factæ oblationis, si & hoc dare recusat, curet oblationem per Notarium & testes, ejusque instrumentum in Camera producat cum petitione, ut ibi admittatur, suadente Auctor. *Pand. Camer.* Roding. *d. lib. 1. tit. 26.*

XVII. Hoc juramentum verò præstare debent (1) PRINCIPALES appellantes, quotquot horum sunt, etiam, ut dixi, Comites & Barones, sed per Procuratores. d. Rec. Nov. §. Auch zum sechsten. 111. (2) ADVOCATI die zur Appellation gerahten / Schedulam Appellationis verfertiget vnd darin patrociniret haben / & (3) horum SVBSTITVTI, nec non (4) CONSILIARII STATVVM Appellationibus suorum dominorum inservientes, *arg. d. §. 111.* vid. Roding. *edit. noviss. lib. 1. tit. 26. p. m. 339.* & (5) APPELLATI, si communi appellationis beneficio adhærere & nova deducere velint. *d. §.* Wie ebenmessig. *67. in fin.* quemadmodum *Anno 1659. 20. Septembr.* in causa quadam factum, & ab appellato, ejusque Advocato mandatum speciale ad Iurandum productum refert Roding. *edit. noviss. lib. 3. tit. 30. p. m. 741.* Et quidem, si in Camera præstandum sit, raro in persona, sed per Procuratores ad jurandum speciale mandatum à principalibus, & Advocatis eorũ in primo termino producentes, sub pœna si principales negligentes sint, desertionis. d. Rec. §. Zumahlen aber 112. (quod Confirmatur Comm. Decreto *sub dato 23. Maii 1656.* ubi certus terminus trium mensium scilicet, & sic in *21. Augusti* ejusdem anni, in hanc rem constitutus fuit) sin vero Advocati, unius marcæ auri. Resolut. Camer. *de Anno 1657. 28. Januarij §.* Damit auch. *7.* quod etiam in casu mortis tam ad heredes litigantium, quàm quemvis successorem Advocati in causa, extensum reperitur in d. Rec. *noviss. d. §.* Zumahlen aber. *112. in fin.* NOTANDVM hic est, quod HODIE nomen Advocati in supplicatione pro processib° exprimi debeat, alioqui processus Camera non decernit, *d. §. 7.*

Præstant Iuramentũ appellationis principales, & eorum Advocati & horum substituti.

Etiam appellati certo casu.

In Camerâ plerumque per procuratores in primo termino sub pœna.

Nominetur Advocatus causæ.

sic in causa W. contra B. 6. *Martii*, 1657. decretum, wofern Appellans denjenigen Advocaten, der ad Appellandum gerahten/ oder Schedulam appellationis verfast/ benambsen wird/ soll darauff ergehen was recht ist. Ideoque post nominationem HODIE Advocati in processibus Appellationis, qui ipsis quoque insinuantur, citari solent ad Iurandum, vel in eventum ad videndum se incidisse in pœnam non jurantium. Resol. Cam. *d.* §. 7. Sæpius tamen ad oblationem Procuratoris, quod velit nomen Advocati in Cancellaria profiteri, Processus decernuntur, æquitate rigorem in hoc moderante. Vti post publicatas Resolut. Cameral. *eodem anno, mense Novembri* in causa Derschaw cont. Fronhaussen factum.

XIIX. Solet autem nonnunquam Iudex Cameræ appellantem, vel ejus Advocatum, ut clientem de juribus suis informet, admonere, & ubi viderit, Appellantis jura non satis esse tuta, pro qualitate negotij eos ad jurandum non admittere, Vti præjudicijs elegantibus Auctor *Pandect. Camer.* Roding. *d. lib. 1. tit. 26. in Commentar.* confirmat.

Procurator causæ non præstat juram. Appellationis, sed tantum Calumniæ.

XIX. Procurator tamen causæ juramentum appellationis ratione suæ personæ non præstat, sed tantum Calumniæ, tam in causis simplicis querelæ, quam Appellationum, in quantum scilicet causæ cognitionem habet, dummodo ab adversa parte petitum, aut à judice decretum sit. d. Resol. Cam. *de Anno 1657. 28. Januar.* §. 1. Die Iuramenta Appellationis und Calumniæ belangendt/ sollen die Procuratores nach Inhalt deren jhnen jüngst zugestelter Formul in causis tàm simplicis querelæ, quàm appellationum das Iuramentum Calumniæ auff erfodern des gegentheils/ oder Richterlichen Bescheid/ so wol in jhrer principalen als jhre eigne Seele indifferenter, so viel jhnen von der Sache wissend; das Iuramentum appellationis de non frivole appellando aber jedesmahl auch ohn erfodert in der principalen Seel allein zuschwören schüldig sein. ꝛc.

CAPVT

CAPVT II.
De supplicatione pro processibus, & Introductione Appellationis.

THESIS I.

NE autem ordine retrogrado incedere videar, prius de supplicatione pro extrahendis processibus cum pertinentibus, quàm de juramentis Calumniæ & Appellationis, eorumdemq; præstatione, formulis, & ad jurandum mandato procuratorio plura subjungere, dicendum erit. Et primo *quod ipsam supplicationem concernit*, illa juri communi & constitutionibus Imperij conformari, ordine atque concinnè, nec non perspicuè & brevi stylo, ita tamen, ut nihil ad obtinendum processus & Iurisdictionem Cameræ fundandam necessariũ prætermittatur, concipi debet, Memor. Visitat. *de Anno 1550.* §. *12.* Alioqui ad obscuram & verbosam sic decerni solet: Wofern Supplicant förmblich vnd eingezogener suppliciren wird / sol darauff ergehen was recht ist. Iudex autem non debet contra Imperij constitutiones vel jus commune processus decernere. Recess. Imp. *1570.* §. Damit aber alle. *78. & seq.*

Supplicatio pro processib9 quomodo concipi debeat in genere.

II. In specie vero exprimatur, præmissis præmittendis, in supplicatione (1) nomen Appellantis & Appellati, (2) Iudicium à quo; (3) dies latæ sententiæ, & si non vivâ voce, sed ex intervallo appellatum sit (4) dies interpositæ appellationis, (ubi Instrumentum Appellationis, vel si stante pede appellatio sit interposita, extractus protocolli Iudicialis, in forma authenticâ sub litera certa vel numero adjungatur) (5) qualitas sententiæ, an definitiva vel ejus vim habens, an verò interlocutoria sit, (6) Iudicium ad quod. (7) Actorum requisitio intra præstitutum tempus (ubi documentum factæ requisitionis sub certa itidem litera apponatur) (8) Gravamina *si libellatur*, in libello appellationis summariter & punctatim exprimantur, & ad marginem notentur; *si non*, indicetur in supplicatione, appellantem ad acta priora submissurum, quod postea processibus inseritur. (9) Demonstretur, Appellationem

& in specie.

tam ratione qualitatis quàm quantitatis, nullo obstante privilegio, ad Cameram devolutam, & jurisdictionem ob notoriam Iudicis à quo immedietatem fundatam esse, (10) In petitione petatur adversus appellatum & judicem à quo respectivè citationem, inhibitionem & compulsoriales, nec non adversus prioris Instantiæ Advocatum (qui uti dictum, nominari debet) citationem ad jurandum, vel in eventum se incidisse in pœnam non jurantis decerni.

Formula supplicationis pro obtinendis processibus.

III. Formulam novam & in Camerâ nunc usitatam suppeditat Auctor *Pandect. Camer.* Roding. *lib. 3. tit. 20. pag. m. 616.* quam hic, quia forte non omnibus præsertim tyronibus practicis innotuit, appono. Durchleuchtigster Fürst/ dero Römischen Käysetl. Majest. Cammer Richter gnädigster Herr/ Ewer Fürstl. Durchl. gibt Anwaldt (ponatur nomen appellantis) wieder (ponatur nomen appellati) Unterthänigst supplicirendt zuerkennen/ was gestalt ermelter sein Herr principal von einer beym Fürstl. (ponatur Iudicium à quo, nec non dies, mensis & annus latæ sententiæ) jhm zu wieder/ gemelten (repetatur nomen appellati) aber zum besten nichtig/oder ja wiederrechtlich (honore Dnn. Iudicum semper salvo) gesprochener (addatur: an sit definitiva vel ejus vim habens, an interlocutoria sententia) Urtheil/ als dadurch zum höchsten beschwert/ und noch ferners beschweret zuwerden besorgend/ durch seinen apud acta bevolmächtigten Procuratorem an dieß hochlöbliche Käyser. Cammergericht spe melioris justitiæ consequendæ laut beyliegenden authentisirten extractus prothocolli Iudicialis sub lit. A. in eadem Audientia viva voce & stante pede (si expost in scriptis appellatum est, adjicitur dies interpositæ appellationis, v. g. ibi: beschwert zu werden besorgend/ den 4. Iulij coram Notario & testibus, und also intra decendium in scriptis laut beyliegenden Instrumenti Appellationis sub lit. B.) Appelliret, sich beruffen und laut ebenmässig sub lit. C. hiebey gelegten documenti in gehörender zeit acta erfodert. Wann aber Anwaldts Herr principal sothane seine höchst abgenöhtigte und rechtmässig interponirte Appellation der gebühr zu prosequiren/ wie nicht weniger sub lit. D. beygehende gravamina, wie ad marginem

ginem notiret / zu deduciren und probiren gemeinet / auch solche appellation nicht allein den gemeinen Rechten / sondern auch tam ratione qualitatis, quam (NB si actio realis, vel injuriarum civilis, vel etiam Mandatum pœnam pecuniariam irrogans sit) quantitatis, als welche eine ansehenliche Summam betrifft / keinem privilegio zuwieder / daneben dieses höchsten Gerichts Iurisdiction ob notoriam Iudicii à quo Immedietatem zu allem gnügen wol fundiret ist. Als gelanget an E. Fürstl. Durchl. Anwalds Nahmens obgeregten seines Herren Principalen unterthänigste Bitte / die gnädigst geruhen jhn wieder obbesagten (repetatur nomen appellati) so dann Herren Richtern à quo respective citationem, inhibitionem & compulsoriales, wie imgleichen prioris instantiæ Advocatum, so in Cancellaria zu benennen / (vel nominetur hoc loco) citationem ad jurandum; vel in eventum se incidisse in pœnam non jurantis gnädigst förderligst zuerkennen und mit zutheilen: Hierüber rc.

IV. Si enim non legitimè nec secundum stylum Cameræ processus petiti sint, processus non decernuntur; si autem defectus facilè suppleri possit, tenetur judex libello supplici inscribere, processum postulatum secundum narrata sive petita denegatum esse. d. Rec. Imp. *1570.* §. Und ans sondern. *81.* Vbi denuo supplicandum juxta Recess. Imp. *1562. art. 24.* verb. Als auch auff die supplicationem, darinnen umb citation und mandata angelanget / vielmahl kein process von wegen Unförmligkeit / oder Ungeschickligkeit erkand / und doch / da geschicklicher suppliciret / dieselbe erkand werden möchten / und also die Partheien ob imperitiam vel negligentiam Advocatorum Rechtloß stehen müssen / so sollen Cammer-Richter jedesmahl / wann sie auff solche supplicationen Process nicht erkennen mögen / dannoch die abschlägige decreta dermassen begreiffen / damit der supplicant, woran der mangel / etwas abnehmen und verstehen möge rc. Sic enim juxta stylum hodiernum decerni solet: wie gebehten abgeschlagen / quod innuit defectum in conclusione & petito, vel processus, quales petiti sunt, non sed alios, si rogarentur, decerni posse. Item: auff vorgebrachte narrata abgeschlagen / quod innuit vitium esse in nar-

Juxta stylũ processus peti debēt, alias non decernuntur.

ratis, vel quod requisitum quoddam Constitutionis, ex quâ supplicatur, omissum fuerit, vel quod narrata sint vaga ad nullam specialem constitutionem directa, vel etiam, quod narrata cum petito non correspondeant. Item, auff vorbrachtes Instrumentum, auff vorbrachtes vidimus, auff vorbrachte Caution, & quæ similia sunt, abgeschlagen. Roding. *edit. nov. Pand. Camer. lib. 3. tit. 2. §. 7. in addit.*

Quæstio. V. *Quid verò consilii:* Si Processus in totum (ita ut appellatio tanquam frivola rejiciatur) vel pro parte denegentur? (quod fit, si non pleni processus decernantur) *Resp.* Non omninò deperditam rem esse, sed cautum Advocatum debere denuò instare, gravamina sua antea proposita exactius deducere, vel nova, siqua sunt forte fortiora, allegare, & de his judici fidem facere, ut & ante omnia, ne interim fatalia introducendæ præterlabantur, per Procuratorem prorogationem fatalium petere, & sic contingere potest, ut judex iterum imploratus causam & gravamina exactius perpendens vel appellationem recipiat, vel etiam plenos processus decernat. Vid. Dn. Carpzov. *process. jur. tit. 18 art. 3. §. 11. num. 72.* Et ita superiori anno Camera Imperialis in causa Ampliss. Senatus H. contra Relictam B. processus bis denegavit; ad tertiam verò instantiam, & gravaminum juriumve exactiorem deductionem plenos decrevit. *Aliud exemplum* ante biennium, & quod excurrit in causa deß Knochenhawer Ambts zu H. contra D. & consort. habuimus, ubi in Camerâ quidem Processus absque tamen inhibitione, deinde verò ad ulteriorem petitionem cum illa impetrati sunt. Rationem subjungit Dn. Carpz. *process. jur. d. loc. num. 73.* quem vid. cum allegat. Franch. *in c. 38. num. 11. X. de Appellat.* Scacc. *sæpe d. tract. quæst. 11. num. 17. in fin.*

Fatale introducēdæ in Camerâ sex mensiū remissivè. VI. Nunc de Introducenda appellatione agendum erit, ubi (1) notandum, quod fatale introducendæ sit jure novissimo in Camerâ sex mensium, ita tamen, ut intra quatuor priores menses parti adversæ Processus insinuentur; duo verò reliqui comparitioni & reproductioni asserventur sub pœnâ desertionis, quæ fatalia ad petitionem non

facilè

facilè & ultra 2. & 3 menses prorogantur. d. Rec. noviss. §. So dann sol sich der Appellant. 61. (vid. vigilantiam Dnn. Procurarum, qui si metuant, ne propter incidentia impedimenta nuncij in itinere, termino aut fatali (4. mensium) lapso, fiat insinuatio, soleant frequentiori stylo prorogationes extrajudicialiter rogare, apud Roding. *d. tract. lib. 1. tit. 28. §. 13. in not. & tit. 32. §. Quinto Appellatio. 31.* & *ibi in commentar.* ubi consultum camerale profert.) Attamen quomodo appellans fatale hoc ob causas impedimenti evidentes negligens restituatur, *vid. infr. cap. 5.*

VII. Notandum (2) Quod supplicatio offerri debeat in duplo ab Advocato, & Procuratore causæ subscripta, & procurator debet cavere de rato & mandato. Roding. *lib. 3. tit. 2. §. 10.* Comm. Decret. *de Anno 1659. 13. Decembr. §.* Vierdtens solle. *4.* In supplicatione autem narrata vel contenta aliquo modo probari debent, ne Iudex in decernendis processibus malitiosè circumducatur, & adeò facilis sit. Rec. noviss. *1654. §.* Alle *supplicanten. 73.* Narrata verò supplicationum in continenti probantur adjunctis seu documentis, Beylagen. Nam absque his processus denegari aut difficulter impetrari solent. Necessaria autem adjuncta in appellationibus solent esse (uti *thes. 2.* dixi) ut una cum libello, si libellare constitutum sit, instrumentum appellationis, aut prothocolli judicialis extractus, ut & documentum requisitionis actorum exhibeatur. Roding. *edit. noviss. d. lib. 3. tit. 21. §. 4.* Quomodo supplicatio offeratur

IIX. In libellis appellationis, modo in ijs articulandi planè abrogato, appellans queratur de gravamine quopiam, vel de legitimâ processus ratione non observata, vel de utroque conjunctim, & sua gravamina summariter & punctatim ad marginem notata (vid. comm. decret. *de Anno 1659. 13. Decmbr.*) (1) in quo se gravatum sentit. (2) quæ in hac Appellationis instantia meliùs probare, & (3) noviter deducere contendit, unà cum supplicatione pro processibus, (nisi dilationem impetraverit. d Rec. noviss. §. Wofern aber. *60.*) in judicio exhibere, & hæc omnia in copijs parti appellatæ, quotquot Quænam Libellus Appellatorius contineat.

quot earum sunt, per juratos nuncios Camerales equites sive pedites, vel etiam Notarium Immatriculatum Cæsareum insinuare debet, quo appellati in primo termino ad respondendum parati comparere possint. d. Rec. *1654.* *§.* Zu befoderung. *58.*

Copias cũ Originalibus conferre partibus licitum est.

IX. Et quamvis secundum Recess. eundem *§.* Diesem nechst num. *28.* requiratur, ut copiæ citatis insinuandæ à lectoribus & Protonotarijs vidimatæ sint; attamen propter multitudinem causarum, & concurrentium indies processuum numerum Camera rem ita temperavit *Anno 1655. 16. Februar.* ut adjuncta eo modo, ut exhibita sunt, nuntio Cameræ una cum Copiis committantur, facultate partibus manente liberâ, copias cum Originalibus in ipso insinuationis actu conferendi, NISI Originales Obligationes adjungantur, quo casu Copia cum Originali in lectoria concordari, & partibus citatis insinuari potest, reservato Originali ad futuram reproductionem: Roding. *edit. noviss. lib. 3. tit. 21. §. 4.* vers. *Copiæ citatis insinuandæ. pag. m. 627.* & in Comment. *ad hæc verba pag 631.*

Exceptis Originalibus obligationib9, quæ in Camera vidimantur.

Appellans una cum supplicatione pro processib9 compulsoriales sub pœna desertionis petere debet.

X. Porro Appellans compulsoriales una cum citatione (ut & si velit, inhibitoriales) petere, & documentum factæ requisitionis actorum supplicationi pro processibus adjungere, & unà sub pœna desertionis producere, nec ad primum terminum differre debet. sæp. dict. Rec. nov. §. Deßgleichen sollen. *54.*

In Appellationibus ab interlocutoriis loco Libelli Instrumentum appellationis producitur, & insinuatur.

XI. In Appellationibus autem ab interlocutorijs, ubi libellare non consuevit, sed loco libelli appellatorij Instrumentum appellationis repetitur, modo dictum Instrumentum seu schedula appellationis in copiis, quotquot Appellatorum sunt, insinuetur necesse est. d. Recess. *§.* In *Appellation* Sachen. *52.*

CAPUT III.

De Reproductione Processuum, & terminis Iudicialibus.

Thesis I.

Quid Appellans facere debet in primo termino.

POstquam vero ad legitimam & stylo Camerali conformem petitionem processus Impetrati, & parti appellatæ debito modo & tempore insinuati sunt, Appellãtis procurator IN PRIMO TER-

MO TERMINO processus reproducere, & juramentum calumniæ, ut & Appellationis (uti supra *c.1.th.17.& 19.* annotavi) præstare, vel ad minimum speciale mandatum ad jurandum producere cogitur. d. Recess. noviss. §. Zumahlen aber. 112. Roding. *edit. noviss. lib. 1. tit. 26. vers. ratione temporis. pag. 34.* Add. commun. decret. *13. December. Anno 1659. §.* Ferner 3. Ubi Procuratori Appellantis brevem Recessum Reproductionis antea Procuratori Appellati communicatum inscriptis hisce forsitan formalibus exhibere injungitur: In jüngst wol interpoirten Appellation Sach N. contr. N übergebe diesen Reproductions Recess sambt darin vermeldeten Käyserl. Processibus, vnd darzugehörigen Beylagen / wie auch einē general vnd ad jurandum special Gewalt litt. vel numeris, handele vnd bitte / wie darin / auch (nemine comparente) das Ruffen / sonsten aber der Gewälden vnd Beylagen sub litt. vel Nn. recognitionem. Formulam autem Mandati specialis ad præstandum juramentum de non frivole appellando vid. apud Roding. *d. lib. 1. tit. 26. in Commentar. p. m. 345. & seqq.* qui quoque juxta stylum modernum, formam mandati procuratorij *lib. 3. tit. 29.* & formulare Mandati Specialis ad præstandum juramentum Calumniæ, nec non modo dicti juramenti, & insimul *in fine tit. 30. d. lib. 3.* hanc quæstionem subnectit, quomodo literarum ignari, & qui scribere nesciunt hæc mandata erigere & perficere possint. Ubi ex d. Recess. noviss. 1654. §. Vber dieses verordnen wir. 37. ad hanc quæstionem respondet. Quæstio.

II. In eodem (videlicet primo) termino Appellatus, si ipsi processus cum supplicatione, libello appellatorio & adjunctis insinuati sunt, tenetur à die insinuationis intra duos menses comparere, & omnes suas exceptiones dilatorias & peremtorias non manifestè frivolas, alias punitur aliquot marcis auri vel argenti (NB. Marca argenti valet 8. Imperial.) contra libellū appellantis breviter & nervosè sub præjudicio præclusionis proponere, & eventualem litis contestationem, NISI declinatorias exceptiones, super quibus prius pronunciatur, habuerit, adjungere. Rec. noviss. 1654. §. würde hierauff 30. & aliquot seqq. Add. commun. Decret. *13. Decemb. 1659.* §. ferner 3. ubi additur, quod in & quidnam Appellatus.

primo illo termino citatus debito modo, uti de Appellante dictum, se legitimare, vel in eventum de eo intra tres ad summum menses cavere, ut & ex adverso producta mandata procuratoria, & adjuncta originalia agnoscere vel diffiteri, suaque vicissim ad recognoscendum vel diffitendum producere debeat. Et si ab appellante statim ad acta priora sit submissum (de quo in supplicatione pro processibus mentionem facere debet. d. Rec. §. Wolte er aber. 59.) similiter in primo termino, NISI nova deducere contendat, submittere debet. d. Rec. §. Auch in fällen. 65. quo casu tamen appellatus & ejus Advocatus, uti *c. 1. thes 17.* ostensum, Iuramentum Calumniæ de non frivole appellando in ea forma, quemadmodum appellanti & suo Advocato d. Rec. §. zumahlen aber 112. præscriptum, propter paritatem rationis præstare cogitur.

III. Quid vero juris, si appellans post terminum Processus repropucat, vel ex aliâ causâ appellationem deserat, appellatus autem intra fatalia eam prosequatur, forte confirmandæ vel reformandæ prioris sententiæ, aut expensarum consequendarum gratia? *Resp.* Quod prosecutio Appellationis à parte appellati adhuc locum habeat, nec appellatio deserta habeatur, cum utrique parti communis sit. Recess. Imper. *1594.* §. Wann auch wol bißweilen 103. Mynsi. *cent. 2. obs. 59.* & *obs. 21.* Add. Auctor. *Pandect. Camer.* Roding. *lib. 1. tit. 37. §. 19. & seqq.* ubi tamen in notis hæc verba profert: Quicquid tamen sit, causâ notorie desertâ, stylus hodiernus cognitionem in principali non admittit. Igitur SVASERIM APPELLATO, si gravamina quoq; ex sententia haberet, ne appellationi Appellantis nimium fideret, sed ratione suorum gravaminum Appellationem quoque interponeret.

Cautela insignis.

IV. Si vero appellatus, forte quod gravamina non habeat, appellationem prosequi nolit, & citatus adsit; Appellans vero terminum circumducendo non compareat, Appellatus absolutionẽ à citatione petere debet. vid. commun. Decret. *22. Nov 1661.*

V. Sin verò econtra nemo citatorum compareat, & ad Instãtiam Appellantis proclama decretum sit, deinde post proclama appellatus comparens contumaciam purgare, tardamque com-

pariti-

paritionem litis retardandæ ergò non factam esse sufficienter probari debet, quod si non faciat, & vel minima suspicio vel petulantia deprehendatur, ex arbitrio judicis tàm in procuratorem quam principalem animadvertitur. Commun. Decret. 13. *Decemb.1659, d.*§ Ferner.3.vers.welcher aber nicht gleich in primo termino &c. quod confirmatum commun. Decret. *22. Novemb 1661.* verb. Wenigers nicht sollen die Procuratores demjenigen / was in deme am *13. Decemb.1659.* publicirten gemeinem bescheide §.3. versic. welcher aber nicht gleich in primo termino &c. versehen / wan sie ad reproductos processus nomine citatorum nicht alsobald / sondern erst hernach / bevorab decreto demum proclamate, erscheinen / mit producirung jhrer habender erscheinungs oder nicht erscheinungs befehlen getrewlich nachkommen / oder in unterlassung dessen der unfehlbahren ernstlichen Straff gewertig sein. Decretum in consilio pleno *ut supra.*

VI. Dixi *thes.3.* quod appellatio communis sit utrique parti, hoc ita intelligendum, NISI à certis tantum capitulis appellatum sit, quia eo casu appellatio communis non est, & nihil juvat Appellatum in reliquis capitulis & membris, à quibus se forsan gravatum existimat. Dn. Carpzov. *process. jur. tit.17.art.2. num. 43. & 45.* ubi Gloss. Felin. Salicet. & alios adducit.

VII. In *SECVNDO TERMINO* Appellans replicando, quod Appellatus, negavit, probat, & comissarios nominat, NISI appellatus propter causæ gravitatem prorogationem termini impetraverit, & in hoc secundo termino suas exceptiones objecerit. d. Rec. 1654. §. Im fall aber. *40. & seq.* quo casu Appellans in tertio termino replicare & Commissarios nominare tenetur *dd.§.§.* Quid agendum in secundo termino.

VIII. In *TERTIO* (& respective quarto) *TERMINO* Appellatus duplicando, quod Appellans negavit, probat, d. Rec. §. desgleichen. 42. Quidnam in tertio.

IX. In *QVARTO TERMINO*, si examen testium institutum sit, Appellans (& respective Appellatus, si suam intentionem quoque probaverit) Rotulum publicari petit, ut adversæ parti, quæ ad eum & reliquas probationes in quinto termino, Et quarto.

 si vult,

si vult, excipit, communicari possit. d. Rec. §. Nach verschiennung. 48. Si verò Appellanti onus probandi impositum non sit, aut probatione opus non fuerit, Appellatus conclusiones inscriptis producere, & utraque pars in hoc vel proximo quinto scilicet termino oretenus concludere tenetur. §. wie auch in diesem fall. 49.

Quid in quinto. & sexto.

X. In hoc igitur *QVINTO TERMINO*, ut dixi, ad publicatas attestationes is, contra quem testimonium productum est, excipere, & insimul concludere; pars vero producens *SEXTO TERMINO* sub præjudicio præclusionis viæ replicare, & utraque tandem pars in eodem termino oraliter concludere tenetur: siquidem post publicationem attestationum saltim duo scripta, utrique parti unum, cum quo simul concludat, permittuntur, NISI judex ex arbitrio propter causæ gravitatem utrique parti adhuc terminum concedat, vel definiat, an appellanti vel Appellato, ultimo respondere & concludere permittendum sit. d. Rec. §. vnd demnach. 50. & seq.

In causis simplicis querelæ & Appellationis processus unus idemque.

XI. Quod autem sic non tantum in causis simplicis querelæ, sed & in Appellationis instantia procedatur, & Processus, mutatis tamen mutandis, ubiq; uniformes sint, testatur d. Rec. noviss. §. Im übrigen. 66.

CAPVT IV.

De nonnullis pendente Appellatione peragendis.

THESIS I.

NVnc absolutis & terminis judicialibus, dicendum aliquid erit de citationibus ad reassumendam causam, & aliis, processu jam instituto, occurrentibus, quæ per Novissim. Recess. Imp. *de anno 1654* partim abrogata, partim mutata & correcta inveniuntur, ubi principiò benè notandum, quod HODIE in causis novis, i. e. post jam alleg. Recess. novissimum in Cameram introductis citationes ad reassumendum plane cessent. d. Rec. §. damit auch. 93 *cum seq.* Et mandata procuratoria nunc nō tantum clientis, sed & heredum nomine, & tam in procuratorem ipsum, quam in even-

Recess. noviss. citationes ad reassumendam litem cessant.

in eventum mortis in ejus substitutum concipiantur. verb. Wir Ends unterschriebene thun kund vnd bekennen mit diesem offenen Brieff / daß für Vns vnd Vnsere Erben zu vollenführung Vnser an dem hochlöblichen Käyserl. Cammergericht zu Speyer hievorigen / jetzigen vnd zukünfftigen Rechtssachen / gegen wem wir die haben / vnd überkommen mogen / jetzo zu unserem / vnd nach unserm Todt / unserer Erben unzweiffentlichen Rednern vnd Anwalde den Edlen / Vest vnd Hochgelahrten Herrn (inseratur nomen Procuratoris, Bey der Rechten Doctoren (Licentiaten) vnd des Hochlöblichen Käyserl. Cammergerichts Advocaten vnd Procuratoren, vnd fals derselbe etwan frühzeitig mit Tode abginge / gleichfals den Edlen / Vest vnd Hochgelahrten Herrn (inseratur hic nomen substituti) Käyserl. Cammergerichts Advocaten vnd Procuratorn, als dessen substituirten Anwald constituiret, bestellet vnd benennet haben &c. vid. sequent. apud Roding. *d. l.*

II. In causis vero antiquis citatione ad reassumendum adhuc opus est: Sic nupertime *18. Februarii hujus anni* in causa Veltheim contra Meyer Burchard Judens Erben Appellationis Recitatio decreta. *20. Martii* emissa, & *14. Maij Styl. Vet.* per Petrum Weigand juratū nuncium equitē Cameralem Hildesiæ parti appellatæ insinuata fuit. *verb. citationis.* P.P. Hierumb so haischen vnd laden wir Euch von Römischer Käyserl. Macht / auch Gericht vnd Rechtswegen hiemit / das Ihr uff den 30. Tag den negsten nach überantwort: vnd verkündung dieses / deren wir Euch zehen Tage von den ersten / zehen Tage vor den andern / zehen vor den dritten letzten vnd endlichen Rechtstag setzen vnd benennen / peremptorie, oder ob derselbe kein Gerichtstag sein / den negsten Gerichtstag darnach selbsten / oder durch einen Volmächtigen Anwaldt an denselben unsern Käyserl. Cammergericht erscheinet / vnd angedeutete Appellation Sache / in dem Stande selbige uffberührten Todesfall verlassen / vnd also noch ersitzen bleibet / zu reassumiren / vnd anzunehmen / ferner darinnen gebührlich zuverfahren / deßgleichen auch hergegen beschehen zusehen vnd anzuhören / deroselben fürters / vnd allen folgenden Gerichstagen vnd Terminen biß nach endlichen Beschluß vnd Vrtheil außzuwarten. Wan Ihr citirte kommet vnd erscheinet also dan also oder nicht / so wird doch nichts destoweniger uff des gehohrsahmen

Quod secus in causis ante di-ctum Recessum introductis.

theils oder seines Anwaldes anruffen und erfodern hierin in Rechten gehandelt und procediret, wie sich das seiner Ordnung nach gebühret / darnach jhr euch zurichten. Geben &c. Verba documenti factæ insinuationis solent copiis, factâ cum Originali ad placitum collatione, hæc præter propter extrinsecus subscribi: Insinuiret durch mich Peter Weiganbt des Hochlöbl. Käyserl. Cammergerichts geschwornen Cammerbotten den *14. Maij Styl. Vet. 1663.*

In probationibus impertinentia & irrelevantia non admittuntur.

III. Citandi quoq; partes sunt ad receptionem probationum, ubi d. Rec. noviss. §. den *punctum probationum* betreffend. 44. saluberrime PROVISUM, ut ad probandū nihil, quod impertinens, irrelevans, & super quo in facto partes non discrepent, admittatur. SCIENDUM quoq; est, quod d. Rec. §. Im übrigen. 46. *& seq.* correctum fuerit, quod judex sive scribæ publici (vulgo Actuarii) Rotulū examinis HODIE paulò aliter conficere & cuivis articulo probatorio, & ad hunc conscriptis singulis interrogatoriis omnium, & singulorum testiū dicta, iisdem verbis, quibus usi sunt in depositione testes, statim subnectere debeant, ita ut judici in conspectu sit, quid singuli testes super quovis articulo & interrogatoriis deposuerint: Ubi nec testes super interrogatoriis criminosis, & turpitudinem illorum continentibus examinari, nec ad ea respondere debent: concipientes autem ejusmodi interrogatoria arbitraria pœna plectuntur, *d.* §. Es sollen aber. 47.

Quomodo Rotulus examinis hodiè conficiendus.

De interrogatoriis criminosis.

Quomodo in puncto attentatorum procedendum.

IV. Quid vero, si judex si à quo, pendente Appellatione attentaverit? tunc optimum erit, si appellans super attentatis judicis à quo per supplicem libellum conqueratur apud judicem ad quem, & in continenti per documenta fide digna attentata probet, ac mandatum sine clausula & sub pœna de revocandis attentatis petat, quod etiam extrajudicialiter decerni, & ante omnia exequi debet. d. Recess. noviss. §. und wan gegen die außgelassene Inhibitionen gehandelt. 53. Dn. Brunnem. *process. civil. cap. 28. n. 84. de appellat.*

De pœnâ temere appellantis.

V. Latâ demum post conclusionem utrinque in causa sententiâ, si manifestè deprehendatur Appellans temerè litem movisse, mulctatur arbitrariè duabus, vel tribus, & ad summum

20. mar-

20. marcis auri, vel etiam pœnæ corporali subjicitur. d. Recess. noviss. §. vnd nachdem. 114. Quod quoque ad litigiosos & temerarios Advocatos causæ, qui nonnunquam pœnâ majori, quàm jurium & processuum ignari clientes, plecti solent, extensum reperitur §. eodem.

VI. Non solum autem temerè appellantes, sed & Appellati, licet sententia prioris judicis ipsos constituat in bona fide, & quasi inviti ad litigandum trahantur, nihilominus tamen nonnunquam in expensas utriusque instantiæ, nec non wegen jhres frevelmütigen Vmtriebs vnd muhtwilligen litigirens in pœnâ duarum marcarum auri condemnantur, uti in causa quadam, in judicio Camerali Anno, si non fallatur, 1654. factum refert Auctor Roding. *Pand. Camer. lib. 1. tit. 30. ad §. 8.* Et appellati.

CAPVT V.

De restitutionibus in integrum adversus sententiam, & lapsum Fatalium.

THESIS I.

NVnc pergendum erit *ad Restitutionem in integrum*, quæ fit vel brevi manu; vel prævia citatione. BREVI MANV fit (1) *Iudicialiter*, quando, præviâ imploratione nobilis officii Iudicis, restitutio brevi manu in judicio rogatur, & habet locum solum, ubi procurator partis adversæ apud acta, & sententia, adversus quam restitutio rogatur, interlocutoria est. Recess. Imp. 1600. §. Wen gegen einer *interlocutori*, 143. Restitutio in integrū fit vel Brevi manu. Iudicialiter.

II. Extrajudicialiter (2) fit in casu, ubi appellans intra quatuor fatalium menses priores processus appellatorios extrahere, & insinuare citra culpam suam, aut sui procuratoris, ex alio incidenti impeditus fuit. Resol. Camer. *de Anno 1617. 28. Ianuar. §. 2.* Im fall sie (Procuratores) aber nach verfliessung der 4. Monathen erhebliche Vhrsachen beybringen könten/ auß welchen evidenter erscheinen würde/ daß sie und jhre principalen sich nicht selbsten arctiret hetten/ sollen sie nach gestalt der Sachen biß zu künfftiger Visitation brevi manu restituiret werden. Sic in casu quapiam Appellanti ob incidentem mortem uxoris, & ex inundatione a- Vel extrajudicialiter.

qua-

quarum eveniens impedimentum itineris, restitutio brevi manu hoc casu decreta, & simul cum processibus *2. septembris Anno 1658.* reproducta fuit, quod HODIE quotidianum refert Auctor *Pandect. Camer.* Roding. *lib. 1. tit. 28. §. 8. in not. & Commentar.*

III. Accidit quoq; , ut interdum culpa nuncii processus nimis serò exequentis fatale præterlabatur, ubi quoque restitutio in integrũ vel ex officio, vel parte citata absente, ad instantiam Appellantis, prævia citatione ad videndum restitui, fieri solet. Consultum Cameræ *de anno* 1583. Quod sic habet: Es begibt sich bißweilen / daß die Cammerboten sine culpa partis aut procuratoris, nach dem albereit die fatalia verflossen / die Appellation process zu spät exequiren. Ob nun wol die Boten des Gerichtsdiener / derowegen derselben unfleiß dem Appellanten billig unnachtheilig / dieweil aber hergegen Appellationis introducendæ fatalia, da sie albereit verflossen / nicht prorogirt werden können / so soll demnach auff obgesetztem Fall die Sache als desert nicht angenommen / jedoch der Appellant (dadoch der Appellat auff außgangene Citation erscheinet / oder durch ein Anwalt gegenwertig ist) ohn einige umbwege / alßbald da ers begehren / oder auch ex officio restituiret werden; auff den Fall aber Citatus absens, alsdann soll auff ansuchen citatio ad videndum restitui erkand / vnd der Bott nach ermessigung seines unfleisses in allwege gestrafft werden. &c.

Vel prævia citatione. IV. PRÆVIA igitur CITATIONE restitutio in integrum fit, quando citatio ad videndum se restitui decernitur, & hoc æquè *vel extra* : *vel judicialiter* pro re nata, & supplicantis arbitrio fieri solet. Et solet decerni, si impedimenta probata non sint, vel res dubitationem habeat, quia eo casu appellato ex lapsu fatalium jam dum præjudicium quæsitum est. Vide præjudicia apud Roding. *d. l. in Comment.* Ipsa autem restitutio non datur, NISI cum causæ cognitione per sententiam judicialem Audientia. vid. hic plura apud Roding. *lib. 3. tit. 60. per tot.*

CAPUT VI.

De Revisione Actorum, & Querela nullitatis.

THESIS I.

De Revisione Actorum. SEquitur nunc de Revisione Actorum, ubi ex Recess. noviss. 1654. notan-

Vbi attenditur (1) summa revisibilis 2000. thal.

notandum (1) quod in genere in omnibus causis, ubi appellationi locus est, & in specie, ubi summa (revisibilis) 2000. Imperialium sortem, pensionibus & interesse non computatis, adæquat, revisio quoque peti possit ab Electore Moguntino, vel si causæ conjunctus sit, Electore Trevirensi per memoriale seu supplicã, intra quatuor menses à die publicatæ sententiæ sub pœna desertionis. d. Rec. §. In Fällen. 119. & §. Zu Abkürtzung. *121.*

2. Gravamina revisionis, & Iuramentũ revisorium.

II. Notandum (2) quod gravamina revisionis statim in ipso actu intimationis, vel ad minimum, currentibus quatuor mensibus fatalibus (nisi prorogatio termini propter causas justas & graves concessa fuerit) Cameræ Imperiali summariter, breviter & distincte exhiberi, & juramentum revisorium tàm à Principali, quàm Advocato, vel in persona, vel per procuratorem coram judice Cameræ præstari debeat, alias Revisio deseritur. *d. §. 119.*

3. Intimatio Revisionis Cæsareæ Majestati, & eius anni visitatoribus, nec non Iudicio Camerali facienda.

III. Notandum (3) quod Elector ita requisitus Cæsareæ Majestati, & ejus anni Visitatoribus constitutis significare debeat revisionem, ut commissarios & consiliarios ad acta revidenda mittant. Ord. Cam. *part. 3. tit. 53. princ.* Porro Revisio actorum Cameræ notificatur durch ein Chur Meyntzisch Denunciations schreiben/ & quidem HODIE à Procuratore Extraneo, quia Procuratores Cameræ ob respectum, quem debent huic judicio, in puncto Revisionis Procuratores esse nequeunt, nec ad partis adversæ contradictionẽ quicquam regerere audent, quod procuratori extraneo cum debita tamen moderatione concessum. In notificatione autem Cameræ factâ Recessum Procuratores sic habere solent: Ego uff eröffnete Vrtheil übergebe dis Churfürstliche Mäyntzische Denunciations schreiben/ vnd weil die Sache in einen anden Stand gerahten/ als lasse es dabey. vel: So bitte der Revision zu deferiren/ vnd mich ad Iuramentum Revisorium gnädig forderlich zu verstatten. Quæ tamen clausula, cum ad judicij Cameralis taxationem tendat, omitti solet, testante Roding. *Pandect. Cam. edit. noviss. lib. 5. tit. 61. pag. m. 920.*

4. Sportularũ taxatio & depositio.

IV. Notandum (4) tanquam requisitum Revisionis accidentale inseparabile tamen, ut sportulæ taxentur, & depo-

nantur, ubi IN CAVSIS ANTIQVIS taxatio pro nunc, salvo tamen Revisorum arbitrio, Cameræ; IN NOVIS verò solis Revisoribus commissa est, & depositio earum, quamprimùm manus actis applicantur, ad Archivum fieri debet, quarum jacturam facit, si sententia prior per Revisores confirmata, aut Revisio deserta, aut illi renunciatum sit, salva tamen transactione partium ante revisionem susceptam inita. d. Rec. §. damit den auch. 120. Add. Ord. Cam. *part. 3. tit. 53. §.* Und damit. 1.

5. Pœna in temere petentes revisionem arbitrariè constituta. V. Notandum (5) si magna deprehendatur temeritas & prurigo litigandi, quod & tunc non tantum pars, sed & Advocatus, mulcta pecuniaria & quidem gravissima, & in subsidium si pauper, pœna corporali affici debeat. *d. §.* damit den auch. 120.

6. Effectus tantum devolutivus in Revisionibus. Limitatur. VI. Notandum (6) quod Revisio HODIE saltim habeat effectum devolutivum, non suspensivum in futuris scilicet & novis Revisionibus (exceptis causis spiritualibus, & Religionis negotia concernentibus) dummodo præstetur sufficiens cautio de restituendo in casum succumbentiæ, quæ victo ad declarandum vel excipiendum, si velit, communicatur, ipsique & victori, si res ita exigat, adhuc duo scripta (utrique parti unum intra terminum duorum mensium) coram deputatis conceduntur, quibus productis judex in liquidis, ut & in quæstione, quomodo principes & status Imperii, nec non pauper cavere debeat, ad arbitrium suum; in dubiis verò ad informationem Directoris Circuli, vel magistratus localis, vel etiam commissionis institutæ, quidnam scilicet victor in bonis habeat, causam, an cautio sufficiens vel non sit, definitivè tandem decidit. d. Rec. §. Nach berahtschlagung. 118.

VII. Quid circa prosecutionem & executionem Revisionis porro obtineat, videri potest in Ord. Cam. *part. 3. tit. 53. per tot.* & præsertim *§.* vnd damit. *1.* Item *§.* darauff sollen *3. in fin. &c.* Recess. noviss. *1654 d. §.* damit dan auch. *120.* Item *§.* wie nun. *122. & seqq.* Roding. *Pand. Camer. d. lib. 3. tit. 61. per tot.* & præsertim *pag. m. 922, & seqq.* Add. Schvvanman. *lib. 1. Pand. Camer. cap. 75.* Impetrans Revisionẽ & pars im- ubi innuit, quod utraque pars & Impetrans & Impetrata (ut Practicis vocantur) in duobus ipsis concessis scriptis nihil novi, sed gravamina duntaxat, eorumque refutationes producere teneatur;

neatur, nec cuique ulterius quid proferre liceat. per expreff. text. in Ordin. Cam. *part. 3. tit. 53.* §. Erſtlich ſoll. 2.

IIX. Appendicis loco circa querelam Nullitatis ex ſæpe allegato Receſſu noviſſimo & hoc neceſſariò addendum puto, quod HODIE remedium nullitatis intra decem dies ad exemplũ appellationis interponi debeat. d. Rec. §. In deme auch. 115. NISI Nullitas ex inſanabili defectu tàm judicis quàm partis, ut & ſubſtantialibus proceſſus proſiliat, tunc enim diſpoſitio juris communis, (quod fundatum in *l. Si expreßim. 19. ff. de Appellat. l. ſi cum inter te. 2. C. quando provoc. non eſt neceſſ.*) libera relinquitur. d. Rec. §. Bey den jenigen. 116. Vti ita in cauſa H. contra H. *10. Februar. 1659.* & H. contra S. *9. Novembr. 1658.* citatio ad videndum deduci principaliter nullitates extra fatalia decreta fuit, teſtante Auctor. *Pandect. Camer.* Roding *lib. 1. tit. 33. §. 11. in addit.*

petrata nihil novi proferre debent.

Querela nullitatis intra decẽdium interponenda Limitatur

CAPUT VII.

De Executione.

Thesis I.

QVod modum exequendi in cauſis Appellationum concernit, victori vel per Executoriales vel per Mandata Executorialia ſuccurritur. *Per Executoriales* (quæ vel ſimplices vel arctiores ſunt, Ordin. Cam. *part. 3. tit. 48. princ.*) quoties executio ſententiæ immediatè ad Cameram pertinet, ut quia Iudex Cameralis prioris inſtantiæ ſententiam, à quâ fuit appellatum, confirmaverit, quo caſu tàm cauſæ principalis, quam expenſarum omnium inſtantiarum cognitio ad confirmantem, non ad judicem à quo pertinet per expreſſ. text. *in l. præcipimus. 32. §. in his. 2. C. de Appellat.* Ord. Cam. *part. 3. tit. 50. §.* dieweil auch. 4. Mynſ. *cent. 6. obſ. 24. num. 1.* Gail. *1. obſ. 113. n. 13.* Hoc autem ſaltim procedit in ſententia definitiva: Si enim ab Interlocutoria appellatum ſit, & judex Appellationis eandem confirmaverit, tunc ad primum judicem, cujus officium nec dum finitum eſt, recurritur, teſtante Mynſ. *centur. 4. obſ. 94. per cap. cum in Eccleſia 38. X. de Appellat.* vid. ſupra *membr. 1. cap. 7. theſ. 8.*

Executio fit per executoriales.

II. Quid

Si pars victa non paruerit, executio demandatur Judici Domicilii, vel Directori circuli.

II. Quid verò, si quis simplicibus, quæ sub pœna pecuniaria inserta (10. marcarum auri) vel arctioribus, quæ OLIM sub pœna Banni, NUNC vero dupli & realis executionis non paruerit? Resp. Tunc contra non parentem decernitur mandatum de Exequendo tàm pœnam commissam, quàm causam principalẽ, & sic exe utio demandatur Iudici Domicilii, vel Directori Circuli, seiner Obrigkeit/ oder des Creyses/ in dem er gesessen/ oder begütert außschreibenden Fürsten/ VEL si qui horum interesse in causa habeant, aliis: quos Executores, & insimul bona, & locum in quo sita sunt, pars impetrans vel ejus procurator specificè nominare & executionem in ea petere debet, d. Rec. noviss. 1654. §. In welchem *termin.* 154. & §. So offt auch. 80. Roding. *edit. noviss. Pand. Camer. lib. 3. tit. 63. p. 938.* Add. Resolut. Cameral. *de anno 1657. 28. Ianuar.* §. Schließlich. 8.

Hodie non opus est executorialibus in Camera, sed aliter victori succurritur.

III. Hic *singulariter notandum* venit, quod propter tardiorem expeditionem executionis HODIE executoriales non dentur; sed loco illarum statim in ipsâ sententiâ definitivâ (uti in processu Mandatorum fieri solet) terminus ad docendum de paritione, pro distantiâ locorum (ordinariè & communiter ferè 3. Mensium) victo assignetur sub arbitrio judicis commisâ ut plurimum tamen executorialibus olim insertâ pœnâ 10. Marcarum auri, & comminatione realis executionis. d. Recess. noviss. §. damit auch. 153. Roding. *d. l.* *Quodsi* in termino de paritione edocet, vel loco paritionis exceptiones relevantes, aut alia in puncto executionis admissibilia producit, auditur; *Sin verò* terminum negligit, vel non juxta tenorem sententiæ paret, procurator Victoris petit declarationem pœnæ, damni & interesse, & mandatum de exequendo. Recess. noviss. *d. §. 154.*

Quid faciendum, si sententia omissionẽ, ne aliquid fiat, præcipiat.

IV. *Porrò notandum*: Si sententia omissionem, ut scilicet aliquid non fiat, præcipiat, æquè ut in aliis comminatio pœnæ annectitur, quam in casum contraventionis incurrit succumbens, & proceditur adversus illum ad realem declarationem, necnon decernitur adversus tertium, mandatum de exquendo pœnam commissam, ut & contravenienti præfigitur brevis terminus

minus ad præstandam cautionem de non amplius turbando, & pro re natâ similem: ut, de non impediendo, excedendo, attentando, offendendo. d. Rec. §. In fällen vnd sachen aber. 156. Roding. *d. l.*

V. *Per mandata* vero *Executorialia* Victori subvenitur tùm demum, quando executio sententiæ ad judicem à quo spectat: Veluti si judex Appellationis pronunciat appellationem desertam; vel vigore privilegij aut ex aliâ causâ non esse ad Cameram devolutam, quo casu ex primâ sententiâ actio tantum oritur, & ideo judici, à quo fuit appellatum, executio competit, cùm alter ob desertionem & non devolutionem jurisdictione careat. Panorm. *ad. d. c. cum in Ecclesia.* vid. hic Roding. *d. tract. lib. 1. tit. 32. §. 19. & aliquot seqq.* ubi 4 exceptiones non vulgares in medium adducit. Si enim judex inferior deneget aut protrahat executionem, tunc à judice ad quem mandatum executivum, ut sententiam exequatur, sub pœnâ pecuniariâ (10. Marcarum auri Roding. *d. l.*) decerni solet; *Qui si non pareat*, ad pœnam illam proceditur, & *arctius mandatum* sub pœnâ OLIM Banni, NVNC verò dupli & realis executionis datur. Mynſ. *d. cent. 6. obſ. 24. cent. 4. obſ. 94.* & *cent. 5. obſ. 94.* Gail *d. obſ. 112. n. 15.* Roding. *d. l.* — Dantur etiam Mandata executorialia ad Iudicē à quo.

VI. Quid *si adhuc judex inferior parere nolit*, executio Directori Circuli committitur, uti jam ad Executoriales dixi, siquidem processus in executorialibus & mandatis Executivis fere idem; *distinctio* verò tritissima hæc est, quod executoriales ad partem; mandata executiva verò ad judicem dirigantur. *d. §. 154.* — Si non exequatur, committitur executio Directori circuli.

VII. Observandum hic *obiter* est, si quis Executioni à Camera demandatæ violenter se opponat, & realiter vel de facto resistat, quod incidat in pœnam Banni. Receſſ. noviſſ. §. Ob sich aber. 155 & proceditur adversus ipsum, uti in Ordin. Cam. *part 3. tit. 48.* §. Vnd so alſo. 4. & d. Receſſ. noviſſ. §. wegen des *modi exequendi.* 10. expresse conventum est. — Resistens executioni incidit in pœnam Banni.

VIII. *Observandum* & hoc cumprimis *Practicis est*, quod loco mandati executorialis immissoriale, (maximè si actio realis in- — Nonnunquam loco mandati executo-

alis immissoriale, vel utramque simul petitur. | lis instituta fuerit) vel executoriale & immissoriale simul, pro qualitate causæ & impetrantis arbitrio peti possit, uti Roding. *d l.* eleganter asserit.

Conclusio membri secundi. | IX. Quid porro & quidem circa processum Executionis tam extra: quàm Ordinarium obtineat, quænam exceptiones, & quando Replicationes admittantur, vid. apud Roding. *d. tract. elegantissimo lib. 3. tit. 63. in fin.* NVNC LABORI FINEM IMPONO DEO TRINVNI, SANCTO ET IMMORTALI IMMORTALES EX ANIMO GRATIAS AGENS.

FINIS MEMBRI SECVNDI.

QUam benè cedat opus, quam præmia larga sequantur,
Si quæ quis didicit, crebro post excolat usu,
Exemplo ENGELSTADIUS est, quem tot vigilatæ
Exugunt noctes, dum civica jura revolvit,
Dum versat libros, ut doctas excolat arte
Ingenii dotes, usu firmetque frequenti.
Perge bonis avibus generoso pectus honesto
Imbuere, & doctis sic impallescere chartis,
Nec vani evadent ausus; Clementia Cæli
Efficiet non multò post, persuavis Amice,

Julia

JULIA, ut agricolis nunc plena dat horrea messis,
Jamdudum meritos tibi pallida donet honores,
Mox & civili cingat tua tempora Lauro,
Sicque brevi laudis tibi surgat messis opima.

CLAR^mo DN. Candidato benevolentiæ causâ scripsit.

JOANNES Eichel.

EST aliquid Veterum Leges tabulis ab eburnis,
Et Legum causas Evandri à matre petitas,
Iuris & historiam nôsse, indagareque fontes.
Est aliquid plebis Scita, & Consulta senatûs,
Prætorum Edicta, & Pauli & Responsa NeratI,
Et Majestatis placitum, populique statutum,
AccursI glossas, sexcentaque talia scire.
Est aliquid rubrum dextrè componere nigro,
Et primâ facie secum pugnantia verba
Conciliare sibi, & pacem miscere duello.
Est aliquid tandem, quota lex sit, versiculusque,
Et capita & Canones memori depromere linguâ.

Non

Non tamen (ô veniam date fasso!) non tamen, inquam,
Cuncta hæc sufficiunt, juvenemredduntque Togatum,
Expertumve foro; nisi doctrinam actio firmet;
A praxi accipiat nisi cæca Theoria lumen.
Tu sapis, *ô Engelmstadi, Astrææ pie Vindex,*
Causarum orator, rostris exercite pridem;
Ad Divæ Themidis jam constituende Sacerdos.
Nam schola quæ docuit, Tu judicis ante tribunal
Exerces, Cathedræ revocans præludia ad usum.
Hinc *patrocinio clarum* Tē *candida vestis*
Signat, & ad summos admittit juris honores.
Gratulor ex animo Patriæque, Tuisque, Tibique,
Rite Tuis Meritis quòd tanta LICENTIA facta est.

In honorem Clarissimi
Dn. Candidati tempore exclusus
deproperabat
CHR. WESELOVIUS.



